illa pnia iam pacta. vel an reuult
 sciat & valere incipiat illa pnia sic pe
 racta in pctō mortali. ex q̄ iam post
 cōfessionē sedam erit in charitate et
 grā. In hoc sunt doctores diuersi.
 Illa sc̄tus Tho. prima facie dicit q̄
 nō uiuificant. nec ualēt ad satisfacti
 onem illorū pctōz p̄ q̄bus agunt.
 nec etiā ad meritū uite eterne. Dicit
 tñ q̄ satisfactiōnes ille q̄ relinquunt
 post se effectū postq̄ actus trāsūt nō
 opz q̄ reiterent vt ieiuniaz dimittit
 post se debilitatiōē corporis. Ele
 mosina relinq̄t post se diminiutiōē
 substātie. Ille hō q̄ non relinquunt
 post se effectū opz vt reiterent. vt est
 oīo Ex his ptz q̄ q̄ ieiunāt p̄ pctis
 existētes in mortali pctō nō debent
 ultra ieiunare vel elemosinā dare si
 q̄ orant in pctō existētes tenent repe
 tere horas & supplere eas. Et istam
 op̄tione app̄obant doctores. Do
 ctōz tñ subtilis fauorizat peccatoriz
 bus dicens. q̄ q̄ vere penitet & recipit
 satisfactiōē cōdignā sibi ab ecclia
 ipositā clauē nō errāte q̄tūctiq̄ pec
 cet postea & recidiuet nūq̄ tenebitur
 nisi ad illā vnicā satisfactiōē adim
 plēdā. Et si eā impleat ī charitate me
 lius est qz nō tñ soluit penā: sed etiā
 meret grām. Sed si impleat pniaz vo
 lūtariē extra charitatē: soluit q̄dem
 penā sed nō meret grām: qz nō est sa
 tisfactiō recōsiliās neq̄ placās. Vñ
 subdit q̄ si hō magnā partem satis
 factiōis adimpleuit in mortali pec
 cato & postea iterū peniteat de pctō
 nouo nō est iterato imponenda pe
 nitentia p̄ pctō primo de q̄ satisse
 cit. licet extra charitatem. sed tñ de
 nouis pctis q̄ fuerūt causa q̄ ista sa

tisfactiō fuit mortua. Et hāc deter
 minatiōē seq̄tur Iohes parisiensis
 ibidē. q. v. dicens & dans huius dicit
 rōnem satis pulchriā. Quia ex q̄ ex
 tra charitatē sufficit satisfactiō iuo
 luntaria ad pnia p̄cti multo mag
 is satisfactiō voluntaria d̄z suffice
 re. Exemplificat ipse. Si alicui of
 fendētī regē offense regis correspō
 deat p̄cise s̄m legē manus abscisio
 si isti inuito abscinderet manus sa
 tis patit. & intantū sufficit regi q̄ s̄z
 iusticiā nō d̄z vltiorē penaz exige
 re. & tñ nō recipit eū in grām vel amī
 citiaz. Multo aut magis sufficeret
 p̄ punitione culpe si aliq̄s sibi debi
 tā penā infligeret. lz non esset in grā
 vel amicitia illius iudicis offensi.
 Ex q̄ sequit q̄ si talis p̄pter nouū
 pctm̄ damnaret anteq̄ cōpleuisset
 totā penitētiā sibi impositā p̄ntret
 in inferno t̄pali: pena sibi correspō
 dente q̄ nō fuit h̄c soluta & post tem
 pus aliq̄d nō p̄ntret amplius tali
 pena: sicut dicimus d̄ veniali: quia
 moriēs in veniali simul cū mortali
 nō p̄ntret eternaliter p̄ veniali: sed
 t̄pali. p̄ mortali hō eternalit. Hec
 doctōz subtilis. Sunt autē tria opa
 satisfactoria. s. elemosina. ieiuniaz.
 & oīo. Per ieiuniaz intelligunt oīa
 carnē assilgentia. vt sunt maceratio
 nes. afflictiōnes flagellatiōes & pe
 regrinatiōes. Per elemosinaz oīa
 opa misericordie corporalīa. p̄ oīo
 nem oīa opa sp̄salia misericordie.
 p̄ ieiunia hō reuocat a cōcupiscētia
 carnis p̄ elemosinā a cōcupiscētia
 oculorum & p̄ orationem a superbīa
 uite. per ieiunium ordinatur homo
 ad seipsum. per elemosinaz ad pro;

De sacramento.

sumum. et pro orationem ad deum. Per
ieiunium fit satisfactio de bonis cor
poralibus. pro elemosynam de bonis
temporalibus. et pro orationem de spiritualibus
Dicit autem singula istorum cum singulis
partibus appropriatis. propter convenientiam
tiam. tamen quodlibet illorum pro quolibet peccato
satisfacere potest secundum Theophrastum. Dicit enim
doctor subtilis. q. j. secundo principali
ar. xxx. q. talis correspondentia nec
est de congruo. nec de necessitate in
singulis casibus sicut patet in pauperibus
bus. Nec pauper est cogitum nec ne
cessarium iniungere aliquid istorum si est
insufficiens ad ea. ut si est pauper qui nu
tritur labore et qui die non laborat carum
victum. et si ieiunaret impotens redde
ret ad labores. nec orationi vacare
potest labore lassatus. vel a fortiori.
nec elemosynis. isti intungendum est ut
istum laborem subeat in remissionem
peccatorum intendens illum ad hunc finem refer
re saltem quousque occurrat sibi oportu
nitas aliquam aliam satisfactionem sol
uendi. Ex hoc dicto habes quod homo pec
cator libere sustinet defectus tempo
rales et labores a deo in eum permittos
vel tribulationes satisfactio pro illa pro
peccatis. ex qua eis consentit. et aliter satis
facere vel penitere non potest. Ita dicit
Theophrastus. ubi supra dist. xv. q. liij. ar. ij.
Et hoc etiam sepius esset predicandum
pauperibus et defectuosis. ne defice
rent et desperarent de peccatis videntes
se impotentes ad peragendum peni
tentiam eis iniunctam. Similiter di
ues qui lapsus est peccato carnis si a deo
oblicatus est quod non velit ieiunare nec
macerationem carnis subire. vel pre
sumptio est quod si sibi imponeret abijce
ret eam et ita iam nouo peccato pecca

ret iudicandus est ad orationem vel ele
mosynam. et imponendum est ei quod libere
ter accipit. et quod credit preuerantius
adimplere. immo si nullam vellet acci
pere penitentiam et haberet displicentiam de
peccato et firmum propositum non peccandi
vel abstinendi. non est remittendus va
cuus. sed absolvendus. ne cadat in de
sperationem sed intimanda est penitentia et quod
est pro peccatis illis imponenda. et quod ea in
se vel in equalitate studeat adimple
re alioquin soluet ad plenum in purga
torio. Nec sententia satis consonat de
cto christi. Math. xij. et Isa. xlii. ubi di
cit. Aridum quod illatum non confringet. et
lignum fumigans non extinguet Aridum
quod illatum est peccatorum quod illatus tentationibus
bus et peccatis. et lignum fumigans est lig
nuz nimis humidum. tamen habes aliquid
de igne charitatis. hoc extinguit pro
duriciam sacerdotis. sed cum ad aliquid
minus difficile obligat tunc non extin
guis sed dicit sibi quod oportet esse hic
vel ibi penam pro solvere. et quod faciat tan
tam penitentiam quantum hic dicitur pro peccatis redde
re. alias acrior alibi ab eo extigaret
Nec Scotus. Dicit de thesauris. de thesauris.
dist. xv. et Theophrastus. ibidem. q. liij. quod alter pro
altero potest satisfacere si est in charita
te quam ille cui iniuncta est penitentia ea ex
plere commode non potest. et hoc quantum ad
absolutionem debiti. sed quantum ad excu
sationem causarum precedentium. et in quantum
penitentia est medicina pro peccatis unus
non potest satisfacere pro altero. Dicit
tamen Thomas quod nullus debet pro
mittere satisfacere pro alio nisi ap
pareat defectus corporalis vel spiri
tualis. per quem non sit promptus
ad portandum onus penitentiae. Dicen
dum est ergo his qui satisfactionem

per se alijs imponit. q̄ si ambo negligentis fuerint ambo punientur vnus pro peccato proprio. alter pro obmissa satisfactione ad quaz se obligauit.

De penitentis iniungēdis secundum canones.

Estat nūc de penitentis iniungēdis s̄m canones taxatis. Circa q̄d p̄ncipaliter ē vidēdum q̄ h̄ p̄s̄ie sint arbitrante vt dicitur infra. tñ in publicis p̄ctis seruande sunt taxate per canones h̄z debeat haberi respectus ad circūstantias criminis et ad quātitatem et qualitates p̄sone: dignitatem officij: paupertatem: debilitatē: et c. Et tñ nō ignoremus penitētias taxatas cū t̄ps̄ incurerit iponēdas notande sunt aliq̄ regule q̄ canones penitēntiales ab alijs appellantur. Primus canō q̄ pro quolibet mortali p̄ctō p̄nia septē annoz est iniungēda. vt. xxxij. q. ii. c. hoc ipsum et c. sequēt. et. xxij. q. j. c. p̄dicandū. in glo. et. lxxxiij. di. p̄sbyter. Et rō est q̄ sicut per p̄ctm̄ mortale septiformez gratiā sp̄ss̄eti amissimus. sic etiam eas p̄ septē ānos requiramus. Hoc tñ veruz est p̄ publico et graui p̄ctō pensatis circūstantijs. Secundus si p̄sbyter fuerit publicus fornicator decem annis peniteat inclusus: sacco indutus tribus mensibus cōtinuis a vespera ad vesperam pane et aqua vtatur: exceptis diebus dominicis et festiuis. quibus annis expletis potest eum ep̄scopus ad priuatum reuocare statuz de quo mul-

tum habetur. lxxxiij. di. c. p̄sbyter quod nō scripsi p̄pter tediū ep̄oz q̄ in hoc sunt remissi et potius ad penā proni. Tertius. sacerdos cognoscens filia sp̄ualem. s. quam baptizauit v̄l cōfessionē audivit: duodecim annis peniteat. ep̄s vero. xv. annis peniteat. Mulier vero si est soluta tradēda est religioni rebus suis pauperibus erogatis. xxx. q. j. Si quis sacerdos. Et sic p̄tz vt dicit gloza ī capitulo p̄dicto q̄ magis peccat sacerdos cognoscēs filiam sp̄ualem q̄ alterius vxoz: quia per hoc imponitur penitēntia. xij. annoz. Quartus si quis contra naturam peccat si clerico ē deponit vel ad religionē recluditur. si laicus excoicatur donec peniteat. Penitēntia aut̄ sua est septē annoz. Et idem est p̄ incestu. xxxij. q. ij. hoc ip̄m. et c. sequēt. Quintus sacerdos q̄ interest clādestinis nuptijs sine bāntis tribus annis suspenditur. de clandestina de sponsatione. l̄i in h̄sb̄itio. c. j. Sextus. Si q̄s votum simplex violauerit scilicet quia promisit in secreto vxozem non ducere vel coram aliq̄bus socijs. et postea duxit: tribus annis peniteat. xxxvij. dist. si v̄r. Septimus. si quis excommunicatus celebrat tribus annis feria secunda quarta et sexta a potu alias v̄mo et a carnibus debet abstinere. xj. q. ij. de illis. Octauus. Qui alium iniuste accusat ad mortem duxit: septē annis peniteat si v̄rā p̄didit. Si v̄o mēbrum p̄ tres annos peniteat. vt de accusationibus ca. accusasti. Nonus. Qui filiam suam sp̄ualem vel comatrem cognoscit per septem

De sacramento.

ānos peniteat. xxx. q. liij. nō oportet
Decimus. Si quis desponsatā alij
duxerit eā dimittat. r. xl. dieb⁹ in pa
ne ⁊ aqua ieiunet ⁊ peniteat p. viij. se
quētes annos de spō. duoz acceptis
sti. Undecimus. Qui cognoscit dur
as cōmatres v⁹ forozes septē annis
peniteat. xxx. q. liij. Si pater. Duo
decimus. Homicida volūtari⁹ sine
spe restitutōis deponat ⁊ septē an
nis peniteat. l. dist. miror. Si ē casu
alis p quibz annos peniteat. l. di. c.
si q ⁊ c. si q̄s. ⁊ c. eos. Et hec oia in
telligas si potuit euadere homicidi
uz ⁊ nō euasit. Itā qui se ⁊ suas res
liberando fures q̄ capi nō poterant
occiderit: penitētiā agere nō tenet
nisi voluerit. Si tñ hoc facit i neces
sitate euitabili: duos annos penite
at di. l. de his. lz si eēt ineuitabilis i
nullo ē imputat. l. di. Qz te qd tñ
est vey quō ad pctm̄: sed quō ad cau
telam ⁊ innocētiam suā ecclie oñdē
daz bonū est penitere de homicidio
c. ij. §. si. xxxliij. q. ij. In lectū. xxxliij
q. iij. excōicator. Si q̄s tñ in stultis
cia vel infirmitate vel furiositate oc
cidit: nō iputat ei. ij. q. ix. Indicas.
xy. q. j. aliquos. ⁊ c. illa. ⁊ c. si quis.
Si autē cā discipline sicut magister
scolariū incaute occidit iputat ei ⁊ de
ponit si est sacerdos. de homicidio
presbiteroz. xv. q. v. si q̄s nō iratus.
Sed ⁊ q̄s ligatū latronē iterficit de
ponitur. de homicidio susceptimus
Tredecimus. Matrē occidēs decez
ānos peniteat fm formā satis aspe
ram que ponit. xxxliij. q. ij. latozem
vbi dicitur q̄ p̄mo anno ecclesiaz
nō intret sed ante fores ecclesie oret.
Post annū vero intret ecclesiā stās

inter audietes. ⁊ nō cōicet nisi cōple
to termino oblationes ei⁹ nō volū
tarie accipiant nisi post septē ānos
Et per hos decem annos nō come
dat carnes: nec potū als vinū bibat
exceptis diebus dñicis ⁊ festiuis dñi
ebus a festo pasche vsqz ad festū pē
thecostes. Et nō vadat alicubi nisi
pedester feria sc̄da quarta ⁊ sexta ie
iunet: sed tñ non separatur ab vxore
propter piculū adulterij. Decimus
quart⁹. Uxoricide oib⁹ dieb⁹ qb⁹
penitet non dz vti carnib⁹ nec potu
als vino. nisi in pascha ⁊ natali dñi.
In pane ⁊ aq̄ ⁊ sale: vlgilijis oñonib⁹
et elemosinis p̄niaz agat arma non
sumat. vxorē nō ducat. balneo non
vtaf. cōiuuiū letantiū non intret. In
ecclia post ostiū stet. nō cōicet i vita
sed i morte tñ: vt ptz. xxxliij. q. ij. ad
monere. Et intellige q̄ maior peni
tentia ē vxoricide q̄ matricide nō qz
maius ē pctm̄ vxorē occidere q̄ ma
trez: lz qz p̄nozes sunt hoies ad oc
cidēdum vxores q̄ matres ⁊ sō vt re
trahant grauior eis pena iūgiti. ar.
xxxliij. q. j. Itā asseramus. Decimus
quint⁹. Iugulās volūtariē puez suū
vicit. Ray. q̄ talis dz i monasteriū
induct. si non habet alios pueros ⁊
vxorē grauior ei debet imponi p̄nia
scz septē annorum. Cū autem ex ne
gligentia iugulant eū parentes: ita
q̄ ponūt eum in lectum suū sanum.
et postea inuentū eum mortuū tris
bus annis peniteant quozuz vnus
annus est in pane ⁊ aqua oñib⁹ fe
riijs q̄rtis sextis ⁊ sabbatis. alij duo
ieiunando feriam quartaz ⁊ sabbat
um sed sextā in pane ⁊ aq̄. de his q̄
occidunt filios. ca. j. r. ij. Decimus

sextus. *Periturus*. xl. dies sefunando
 in pane et aqua per septem annos pe
 nitent. vi. q. i. q. c. q. Decimussepti
 mus falsam mensuram habens. xxx.
 diebus peniteat in pane et aqua. de
 emptioe et venditione: vt mensure.
 Decimusoctauus q. deuorata vel mo
 ritales cognouit. x. annis peniteat:
 et ipsa similiter. xxvij. q. i. ca. de filla
 et. c. deuorata. Decimusnonus. *Pres*
biter cantans missam et non comun
 cans anno vno penitere debet: et in
 terim a celebratione missae cessabit.
 de pse. dist. ij. relatū. *Uigesimus*. Sa
 cerdos q. laicū mortuū cum palla al
 taris inuoluit decez annis et quinq.
 mensibus peniteat. dyaconus vero
 trienio et dimidio sine sex mensibus
 peniteat de pse. di. j. nemo. *Uigesi*
mus primus. Sacrillegus violans ec
 clesias septē annis peniteat. xij. q. ij.
 de viro. Et primo anno an cimiteri
 um qd. violauit consistat. Secūdo āno
 ante fores ecclesie. Tertio anno in ec
 clesia. Et p. hos tres annos carnes
 non comedat: et potū al. vīnū nō bī
 bat nisi in pascha et in natali dñi. nec
 cōtionez accipiat. In q̄rto āno cōica
 bit et tunc q̄nto et sexto vsq. ad septi
 mū annū feria sc̄da quarta et sexta a
 carnib. et a potu abstineat. *Uigeli*
mus sc̄dus. *Parētes* frangētes spon
 salia filioz p. trieniū separent a cōto
 ne et filij similiter si in culpa sūt. xxxij.
 q. ij. si q. parentes. *Uigelimusterti*
us Qui ducit illā ad matrimoniu
 quā prius polluit p. adulteriu q̄nq. an
 nis peniteat. xxxij. q. i. Si q. vidua.
Uigelimusquarti. Blasphemās dz p.
 septē ebdomadas agere p̄niam fm
 formā q. tradit de maledictis. ca. sta

tuū. *Uigelimusquintus* sacerdos
 denudās p̄fessionē alicuius h̄bo vel
 facto vel signo r̄c. de vo infra dice
 tur: et habet de pe. dist. vij. sacerdos.
Uigelimussex. *Periturus* si liber est
 xl. diebus p. septē ānos in pane et aq̄ pe
 nitent. Si seruus trib. ānis xxij. q. v.
 qui cōpulsus. *Uigelimusseptim*.
 Qui piurat in man. epi p. tres ānos
 peniteat. Qui h̄o in manu cōsecra
 ta vno āno peniteat. Qui h̄o coac
 te nesciēs esse tā graue pctm̄ trib. q.
 dragimtis peniteat hoc ē trib. an
 nis quolibet anno q̄draginta dies
 xxij. q. v. q. cōpulsus. Sed q. scienter
 turat vel aliū turare pmittit q̄dragi
 ta dies peniteat in pane et aq̄: et septē
 sequētes ānos et similiter cōsocii sui
 xxij. q. v. Si q̄s piurauerit. et. ca. si
 q̄s cōiuctus. *Uigelimusoctau*. *Di*
screpās a cōsuetudine metropolitā
 ne eccle. in horis canonicis septem
 mensibus cōmunionē priuetur si ex
 cōtēptu hoc faciat dist. xij. c. de his
Uigelimusnon. *Sortilegus* qua
 draginta diebus peniteat. de sortile
 gis. c. j. et. c. ex tuaz. Qui autē aspe
 cit astralib. vno peniteat anno. ibi
 dez. *Trigesim*. *Intersector* presbj
 teri duodecim annis peniteat. vt. c.
 ij. de pe. et re. *Trigesimus primus*.
 Incendēs domū totū damnū resti
 tuat. et tribus annis peniteat eodez
 ti. c. ij. et de iniurijs et dāno dato. ca.
 si q̄s domū. *Trigelimus sc̄dus*. *Com*
municās hereticū nescienter annuz
 peniteat scienter quinq. ānis. *Per*
 mittens autem hereticum cantare
 nescienter missam: quadraginta die
 bus. Si autem in subuersionem f̄i
 dei tanq. hereticus damnatur nisi

De sacramento

decē annis peniteat. Si quis recesserit ab ecclesia ad hereticos fugiēs xij. annis peniteat s̄m formā. xxiiij. q. j. Si quis dederit. Trigesimus tertius. Qui nesciēter cognoscit duas sorozes vel matres z filiā. vel amitā et neptē septem annis peniteat. Si sciēter perpetuo carebit coniugio. xxxiiij. q. vnica. si quis. Trigesimus quartus. cū bruto colens plusq̄ septē annis peniteat: z idē p incestu xxxiiij. q. ij. hoc ip̄m. z. c. sequenti. Trigesimus quintus. Patron⁹ res ecclie dilapidans vno āno peniteat. xvj. q. vij. filius Trigesimus sext⁹. Qui iurat pacem nō facere cū primo. vno āno peniteat z ad pacē redeat xxij. q. iij. q̄ sacro. Trigesimus septim⁹. Bis baptizatus vel bis p̄firmatus septē annis peniteat q̄rtā z sextam feriā in pane z aq̄ z coget fieri regularis. de p̄le. di. iij. q̄ bis. z ca. dictū ē. Sūt plures alij casus q̄ ap̄ nos nō currūt. Et s̄o de illis nihil posui. Hi autē intelligēdi sunt de penitētia publica z p̄ pctō publico. Circa qd̄ sciendū q̄ licet illa p̄nia sit taxata a canonib⁹ pro manifestis pctis ita q̄ nullo modo licet aliā ip̄onere vel variare tñ ep̄s s̄ his dispensare pōt ex causa rationabili inspectis circūstācijs p̄sonaz. vt dicit Leo papa. P̄nititudinis t̄p̄a p̄stituēda sunt tuo iudicio s̄m q̄ p̄p̄eris aios cōfiteantur esse deuotos. xxvj. q. vij. T̄p̄a. z. ca. si hoc. Idē dicit Dyero. de pe. di. j. mensurā. Et s̄o d̄ico de occultis peccatis q̄ p̄tinent ad simplices sacerdotes q̄ vbicūq̄ inueniant taxatam p̄niaz per canones non mutant eam sine causa ita tamen q̄ nō pro-

dant per eam pctōrez. s̄m hoc intellige illud quod cōster dicit. sed male intelligit q̄ penitētie sunt arbitrarie. de pe. z. re. deus qui. z de sotiles gij. ca. ij. glo. ij. vbi dicitur q̄ penitētie t̄p̄s arbitrarium est. quod intelligit glo. vltra illud quod iaz taxat. z si ius taxauit vnum annum penitētie z delictū exigit plus hoc est ad sacerdotis arbitrium concessum. Idē dicit de cle. excō. latores. Et dixi notanter q̄ sine causa non debet per quēcūq̄ sacerdotes mutari penitētia taxata. qz ex causa potest bene moderari per simplices sacerdotes q̄ dispēsare potest cōtra canones taxātes talem p̄niaz. vt de iudicijs. At si clerici. in glo. super verbo de adulterijs vt ibidem norant. doctores. Pro isto tamen sciendū q̄ hodie multi sumperūt occasionē erroris ex isto dicto quo dicit. penitētie sunt arbitrarie z s̄m arbitriuz sacerdotis imponēde. Et ideo pro meliori istius dicti intelligentia aduertendū ē q̄ sicut dicit sc̄s Tho. super. iij. di. xix. q. iij. ar. iij. Si q̄s preter motū principalis agentis vti sua potestate presumpserit nō consequitur effectū s̄m Dionysium. z p̄pterea talis ab ordine z officio diuino auerteret z culpā incurreret. verū bigratia si minister medici aliter adhiberet medicinaz egrotō q̄ p̄ceptū medic⁹ grauit̄ talis offenderet medicum: z etiaz egrotum. Et qz penitētie satisfactorie sunt medicine p̄ pctis infligēde. Vñ sicut medicine in arte determinate, nō oib⁹ cōpetūt sed variāde sunt s̄m arbitriū medicī nō p̄ptiā voluntatē sequūtis. s̄z artē medi-

cine. Ita pene satisfactorie determinia
 te i canone nō cōpetūt oib⁹. Sz varia
 de sunt fm arbitriū sacerdotis diuisi
 no inunctu reglatū. Nec Tho. Ut
 de ergo q̄cūq; iudicas fm caput tu
 uz inūgēdo pnias nō taxatis debi
 tis circūstātijs. qz i magno piclo es
 decipies te r cōfitemi si arbitraris
 aliter pniaz q̄ spūscūis eā dictauit
 illi p̄fitemi iponēdā. Un dicit sc̄tus
 Tho. di. xx. q. ij. ar. ij. q̄ q̄ltercunq;
 hēat se sacerdos vel diuerat se i offi
 cio sacroꝝ nihilomin⁹ pctōꝝ pma
 net re⁹ ad q̄ritates eiusdē pene. Et
 sō si eā hīc nō explet exiget ab eo in
 purgatorio. Sacerdos tū discretus
 vt dicit idē penā iponēs minozē eti
 am ex industria pl⁹ pdest cōfitemi q̄
 nocet: qz sorte a magnitudine pene
 possit a penitētia agēda impediri.
 qz diuinus a moꝝ q̄ in eo ic̄p̄it r pau
 latt⁹ pfortat excitabit eū postea spō
 te r pp̄tivolūtate ad plura opa mī
 sericordie q̄ sacerdos iposuit. Sed
 circa hoc sit sacerdos caur⁹ vt tunc
 hoc faciat qm̄ p̄sumit de cōfitemi vt
 hoc faciat. Videat ergo sacerdos r
 caute p̄spiciat q̄ vbiq; pena a iu
 re expressa ē nō omittat eā impone
 re: nisi necessitas v̄l alia causa rōna
 bilis aliud suaderet vbi autē nō est
 pena a iure imposita et expressa ibi
 arbitrio suo eaz statuat fm q̄ vide
 rit expedire. nā ex causa pōt eaz ag
 grauare vel mitigare. vt dicit glo. de
 pe. di. j. mēsurā. Ad idē facit Arch.
 l. di. de hīs. Sz forte quererēs quid
 si nunq; arbitratu ē r minozē penā
 imponat q̄ debeat. nunquid ille cō
 fitens securus est vel an residuuz ext
 getur ab eo i purgatorio. Ad quod

respondeo fm glo. l. ij. de penit. disti.
 .j. mensuram. q̄ si est eius ordinari⁹
 iudex siue sacerdos parrochialis. r
 facit hoc animo dispēlandi sufficit
 illa penitētia modica ad delendum
 pctm̄. Si autem per errorem est im
 posita r tamen ab illo penitēte cre
 debatur perit⁹ sufficit illa minor pe
 nitentia ad pctm̄ delendū: dūmodo
 penitens qui eā recipit maiorē sus
 scipere est paratus si sibi imponeretur.
 de pe. di. j. Quem penitet x. sed
 qui. Si autē credebat eum imperitū
 in culpa est penitens aut p̄fitens: qz
 peritioꝝ non req̄siuit. Et hoc est
 cōtr a illos qui impetrāt licentiā p̄
 tēdi alibi a suis plebanis: r p̄fitent
 imperitis sacerdotib⁹ v̄l monachis
 ad hoc nō electis nec approbatis. r
 tales se decipit. Nā dicit Aug⁹. S
 penitentiā. Qui vult confiteri pctā
 sua vt inueniat gratiā querat sac
 cerdotem scientē ligare r soluere ne
 cū negligētes circa se sit negligatur
 ab illo q̄ est misericorditer monet r pe
 tit ne ambo i foueā cadāt: qm̄ stult⁹
 errare voluit. Et subdit. Qui ergo
 confiteri vult oīno cōfiteatur sacers
 doti meliori quem inuenire potest.
 Audiat autē vnusquisq; cōfessor ta
 liter qualiter sibi placuerit penitētis
 az iponēs qd̄ sibi dicatur per beatū
 Hiero. r ponuntur hec verba. xxiiiij
 q. j. non asseramus vbi dicit. Nō as
 feram⁹ stateras dolosas vbi appē
 dam⁹ qd̄ volum⁹ dicētes. hoc gras
 ue ē hoc leue ē: sz asseram⁹ diuinā sta
 terā ex scripturij sc̄tis tāq; b̄ thesaus
 rts dñicis: r illa qd̄ sit ḡuī⁹ attrēda
 m⁹. hec Hiero. Ex q̄b⁹ x̄bis vides
 q̄ ille penitentiē q̄ iponit⁹ erronee r

De sacramento

aliter q̄ sint iposite i iure dicunt do-
lose ⁊ temerarie. hoc est q̄ dicit Gre.
de. pe. di. v. falsas p̄nias vbi dicit.
Falsas p̄nias esse dicimus q̄ nō s̄m
auctoritate s̄ctōz patrum p̄ q̄litate
criminiū iponunt. Cū dicit glo. q̄ si
certa pena statuit. ⁊ tñ minor ipōit
falsa est p̄nia nisi ex causa tēperetur
vt bz. xxvj. q. vij. Tpa vbi dicit Leo
papa. q̄ tpa p̄nie habita moderati
one cōstituēda sunt iudicō sacerdo-
tis. put p̄fessores p̄niam aīos p̄spe-
xerint esse deuotos. Hoc est q̄ con-
cludūt doctores finaliter q̄ tunc tñ
ex causa. s. necessaria penitētie eodē
modo q̄ dicitū est arbitrarie possunt
dici. s. cōsideratis circūstantijs p̄so-
naz: tempor: locor: et atuz q̄litate
criminis ⁊ alioz. put dicit de pe. di.
v. Cōsideret. Circūstantie aut ille
notant in illo vsu. Quis qd. vbi q̄
bus auribus. cur. quō. qñ. Hoc est
dicere q̄ lz pro aliquo crimine a tu-
re taxatur p̄nia septēns. si tñ sacer-
dos videt p̄sonam pauperē debiles
vel nimis senē vel nimis tuenē vel
multū nobilē vel locū in q̄ morat̄ si-
cut castrū vel curiā p̄ncipis nō esse
sptum ad p̄niam agendam sic a tu-
re exp̄ssam. vel videt tempus nō esse
cōueniēs p̄pter nimios labores tūc
instantes in his casibus pōt confes-
soz moderare penitētiam in toto vel
in pte. put notat in glo. xxiii. q. iiii.
Si is. Et hoc intellige qñ contritū
sufficenter viderit p̄ctōre. Sed dice-
res. tñ Gregorius i omelijs. dicit. ⁊
ponit in ca. p̄dicto. Si is q̄ platus
est dñico debitori culpas impune di-
mittit. nō mediocriter p̄fecto offen-
dit qui debita celestis regis ⁊ domi-

ni sua p̄sumptione resoluit Silr. s̄.
glo. xxvj. q. vij. hoc sit positum. di-
cit q̄ nō pōt sacerdos totum dimit-
tere sine aliqua penitētia. Et idem
de pe. di. j. mensuram ⁊. c. si peccatū
⁊. xxvj. q. vj. Tempera. ⁊. xv. q. vij.
hi qui. Tu dic q̄ oia illa loquuntur
de illo q̄ nō est cōtritus sufficienter
vel de illo qui pōt agere penitētiam
cōmode. Talibus em̄ sacerdos ex
toto nō potest dimittere ⁊ grauiter
peccaret remittens qz sic se onera-
ret peccatis alienis.

De restitutione ablatoruz in satisfactione.



Gloria vt dicit sanctus
Tho. restitutio male
ablatoruz lz non sit satis-
factio nec p̄s eius. est
tñ p̄ambuluz ad satis-
factionē: qz non est aliud nisi cessare
ab offensa. ideo de ipsa aliqua sub-
iungam. Sciendum autē q̄ homo
nec deo satisfacere nec reconciliari
pōt q̄ rem detinet alienaz. Ideo an-
te oia qui alienum recipit ⁊ detinet
si vult digne penitere p̄mo debet
oia illa restituere si potest. Si autez
nō potest sufficit voluntas restituē-
di cū tanta restitutione q̄ta possibi-
lis est s̄m cōditionē vtriusqz ad ar-
bitrium bonozum. Unde nota q̄ si
q̄s aufert alicui fama intentione in
famandi eum tenet ad restitutionē
fame. dicendo se falsum dixisse si fal-
sum dixit. Si vero verum dixit ⁊ nō
seruant modū fraterne cōrectiōis:
dicat q̄ hoc dixit nō intēdens eius
bonū. Itē ablationē virginittatis re-
stituatur ad arbitriū bonozū. vel si est

pena statuta in ciuitate illam soluat
 Similiter ad ablationem mēbz vel
 pziuationē vite alicui fiet restitutio
 fm cōsuetudinē vel statutū cōmuni
 ratis vel terre. Tenet etiā satisfacc
 re pueris z vxori interfecti. quia ab
 stulit pueris patrē z vxori maritū q
 eos nutrēbat. Quā illud dānū inde
 pueniens dz eis tūc restituere fz sta
 tutū. Et qz vt dicit doctoꝝ subtilis.
 xv. di. q. iij. Et q̄ oia illa vit aliq̄s
 pōt recompēare cōdigne expediret
 silr aie cuiuslibet homicide vt solue
 ret p passionē volūtariam: vt. f. occi
 deret pro homicidio. Unde dicit q
 oportune. pūsum est in multis com
 munitatibus vbi est statutū lex tali
 onis in casu homicidij nec seruatur
 vt lex mosayca sed vt euāgelica de q̄
 Math. xxvj. Dēs q̄ acceperint gla
 diū gladio peribūt. Itē si aliq̄s aliū
 impedit de pbēda cōsequēda. si fa
 cit aīo ledendū ipm tenet ad restitū
 tionē. nō q̄tū valebat pbēda: qz nō
 dum eandem fuit cōsecutus: fz pēsa
 tis p̄dittonibus vtriusqz ad arbitri
 um bonoz. Itā si fecit qz indignus
 erat ille quē impediēbat vel vt d̄ me
 liori. puidere iuste fecit nec tenetur
 restituere. Itō solū autem q̄ accipit
 sed etiā q̄ fauet accipienti tenet ad
 restitutionem: vt illi q̄ nouem pctis
 alienis cōsensit Itā q̄ iuuat facere
 tenet ad restitutionē totius. Silr q̄
 cōsulit facere. ita qz sine eius cōsilio
 nō fuisset factū totū restituat. alias
 restituat q̄tum nocuit p se. Silr ad
 ulatoꝝ laudās raptorē quare ipse ra
 pit. alias non rapturus tenet in soli
 dum. i. in toto sicut p̄ncipalis. Si
 militer participans in crimine furti

vel rapine tenet in solidum sicut p̄n
 cipalis. Similiter participans i re
 furata vel rapta tenet restituere eā z
 etiā q̄ eā scilenter emitt vel recipit Si
 militer q̄ videt furtū fieri z tacet. cū
 ex officio teneat reuelare tenet ad
 restitutionē alias nō Silr q̄ nō p̄h
 bet cū t̄ teneat ex officio Similiter
 q̄ scit rem vbi tacet z nō vult reuale
 re. si t̄ p̄ncipalis satisfecit aliq̄ nō
 tenent fm Ray. z fm Tho. ij. ij. q.
 lxx. ar. v. Cū autē spoliati ignorant
 tūc distribuēt res in p̄os vsus p
 pauperibus illius loci vbi rapina e
 facta. vel p ecclesijs eiusdem loci: z
 hoc si nō apparet heres suus: qz si
 apparet illi fiet restitutio. Si etiā sit
 absens cui fieri debz restitutio dz et
 trāsmitti si cōmode fieri p̄t. alioq̄
 in loco tuto debet reponi z p̄seruari
 p eo fm Tho. vbi supra.

**Lautele ex parte confiten
 tis seruande.**



Drimo caueat cōfites
 ne diuidat cōfessionē
 vt puta dīcēdo vnam
 partē pctōꝝ corā vno
 sacerdote: z aliā corā
 alio: sed integraliter cōfiteat oīa vni
 de pe. di. v. c. j. Itā alias cōfessio
 esset falsa z ficta. z in ea nihil dimitt
 titur Juxta illud. Larga dei pietas
 veniam non dimidiabit Aut totum
 aut nihil propiciando dabit. Si t̄
 cōfiteas q̄s corā vno sacerdote nō
 recordabatur aliq̄ pctā q̄ postea re
 ducens memorie vadit z confitetur
 coram alio: nō est diuisio confessio
 nis: nec oportet vt reteret confessio
 nem prius factam: sed dicat in gene

De sacramento

rati q̄ cum alia multa sit confessio hoc fuit oblit^o. Ita dicit sc̄tus Tho. in. iij. dist. xviij. q. xliij. ar. iij. Multi aut̄ indiscrete arguūt alios q̄ tūc nec isti nec illi cōfiteat̄ q̄d fieri oīno nō dōz. Itaz sic corā plurib⁹ cōfiteat̄es si faciāt eo pposito vt multipl̄cent eis intercessores z oratores ad deū: aut vt sic corā plurib⁹ cōfiteat̄es eadez pctā maiorē ruborē habeant cōmēdabiles sunt. Utile namq̄ est taliter cōfiteri plurib⁹ ppter maiorē verecūdiā habēdaz q̄ est maxia pars satisfactōis. Et pōt esse tā frequēs cōfessio q̄ etiā tota pena tolleret. Itaz dicit sc̄tus Tho. di. xviij. q. iij. ar. iij. q̄ p absolutōnē sacerdotis nō solū culpa dimittit̄ s̄ etiā de illa pena q̄ i purgatorio deberet̄ aliq̄d dimittit̄ vt minus in purgatorio puniatur absolut^o descendens ante satisfactōnē q̄ si añ absolutōnē dederet̄ sic virtute passiois xpi si ne p̄iudicio diuine iusticie de penis singulorū pportionabiliter aliq̄d dimittit̄. Et subdit. Nō ē incōueniēs si p frequētem cōfessionē etiā tota pena tollatur vt pctm̄ oīno maneat impunitū p quo pena xpi satisfecit. Hec sc̄tus Tho. vbi supra. ar. iij. Utile ē etiā sic cōfiteri plurib⁹: qz q̄libet cōfessor tenet̄ orare p suis confessis z eorū memoriāz in missa facere saltez generalē. Verūtamē reprehendendū sunt cōfiteat̄es: q̄ nūc isti ista peccata postea alteri de nouo iterū cōmissa cōfiteat̄ verecūdatēs priorē cōfessōrē pro eo q̄ iterum eadez pctā p̄fessa postea cōmiserit. Vñ inducendū sunt ne hoc faciant: quia cōfessor nouit eorum fragilitatem

vnde non debet imputare. Secūdo caueat cōfiteat̄s ne mētiatur. ne. s. plus dicat q̄ res se habet vel minus quia s̄m sc̄m Augustini z sanctuz Thomā si non est peccator mētiēdo sit peccator. xxiij. q. iij. Cum humilitatis causa. Et hoc multum arguit illos q̄ causa humilitatis de se plus fingunt vel causa hypocrisis minus dicunt. Tertio caueat cōfiteat̄s ne aliq̄d obmittat. licet dubitet illud esse pctm̄ mortale sed dicat cōfessōri totū querendo an sit peccatū mortale al̄s peccaret mortaliter obmittendo in tali dubitatione cōfiteri. quarto caueat ne obmittat iterare cōfessionē si confessus fuit sacerdoti q̄ euz absoluere non potuit. vel si potuit nesciuit discernere. Vñ cōfessio nō fuit integra. vt qz tacuit aliq̄d pctm̄ mortale. vñ neglexit aut oblitus est satisfactōnē inunctā in penitētia. Similiter si cōfessus est sine cōtritione. puta habēdo ppositū in idem pctm̄ reuertendū. In his em̄ casibus tenet̄ reiterare cōfessōnes s̄m Petri. Sed an recidiuans tenet̄ cōfiteri peccata priora. Tho. in. iij. dist. xxiij. q. iij. dicit q̄ directe nō tenet̄ nec in generali: nec in speci ali sed bene indirecte. s̄ tanq̄ illud si ne quo sc̄ri nō potest debitus mod^o satisfactōis. Vñ tenet̄ cōfiteri z notificare pctā dimissa q̄stuz sufficit vt sc̄tatur q̄ satisfactio sit ei imponēda vt si ipse frequēter lapsus carnis passus ē ex aliq̄ occasione: ita q̄ occasio p satisfactōnē p̄scindat̄. z s̄l̄t de alijs pctis. Quinto caueat p̄fiteat̄s ne cōfiteatur alieno sacerdoti. hoc est non proprio. quia alienus nō po

est eum absoluerel ligare. de. pe. r. re. Omnis. Et de pe. dist. vij. Placuit. Licet enim omnes sacerdotes clauces ligandi atq; soluendi accipiant in ordinatione sua. non tamen equaliter laxata est illa potestas ad quoslibet sacerdotes. Et illa potestas sibi concessa eis est ligata quantum ad exercitium ita quod non possunt eam exercere nisi defunctis potestas iurisdictionis ordinaria vel delegata ab episcopo vel a sede apostolica secundum Joh. an. in cap. Omnis. Potest autem proprius sacerdos quadrupliciter accipi. Uno modo pro eo qui presert parrochie. ut plebanus qui habet potestates sed modo inferiori. Alio modo qui presert modo superioris et sic episcopus est proprius sacerdos omni homini sue diocesis. et immediatus. ut in. c. cum episcopus. de of. oz. li. vij. et in ca. vlti. de of. archi. secundum Hosti. Vel qui presert modo principalissimo. ut papa. Nam papa est proprius sacerdos omnium christianorum. et habet plenitudinem potestatis. de auct. et vsu pal. ad honores et de foro compe. ca. vlti. et. ix. q. iij. Cuncta per mundum. Tertio proprius sacerdos dicitur habes iurisdictionem delegatam ab aliquo predictorum. vel a legato pape. de of. lega. c. j. Quarto habes iurisdictionem a comuni processione vel permissione iuris. Et sic proprii sunt illi quos episcopi et abbates ex episcopis eligunt in confessores. ut de pe. et re. He. p. dist. oc. Sic etiam in articulo mortis quibus est proprius sacerdos illi quem audit si proprium habere non potest. xxvi. q. vi. Si propter. et. c. se. Hoc etiam non vagabundorum hominum est quilibet proprius sacerdos ad quem deueniunt. Similiter

liter proprius sacerdos peregrinorum est ad quem quicunque deueniunt. Concordant. Joh. an. Innocentius. Hosti. Frater iohannes henricus. Johannes de lignano de pe. r. re. Omnis. Sciendum tamen circa predicta quod episcopus potest committere audientiam confessionis fratribus predicatoribus vel minoribus per ipsum electis et probatis: sed illi non habent auctoritatem totalem sicut plebanus. nisi eis specialiter committatur ut notatur de sepulturis. Dudum. i. cle. Nec confessus talibus renet iterum confiteri proprio sacerdoti ut quidam erronee putant. quorum auctor fuit Johannes de pollitrat: quem reprobasuit Johannes vigesimus secundus in quadam extrauaganti que incipit. Gas electionis. Sciendum etiam circa predicta quod quis potest confiteri alteri quam proprio sacerdoti in pluribus casibus: Primo si subditus scit proprium plebanum hereticum: aut sollicitatorem ad malum: aut fragilem ad peccatum. aut ad reuelandum primum. et generaliter vbi cunctis confitens probabiliter timet sibi vel sacerdoti periculum. tunc enim debet concurrere ad superiorem. et petere licentiam alteri confitendi. Nec Tho. in. iij. dist. xvij. Hosti. etiam enumerat octo casus. Primus est quando proprius sacerdos est omnino indifferens. de pe. di. vij. capi. iij. placuit. Sed in hoc subditur debet petere licentiam a sacerdote proprio quam si non vult dare petat episcopo. Secundus quando parochianus transfudit domicilium ad aliam parochiam. Tertius quando quis est vagabundus. quartus quando quis qui ritum domicilium que se offerat nec dum ceteratus est aut limitatus ad unum locum. quintus cum quis deliquit in aliena parochia

De sacramento

et commisit rapinā. tūc em̄ ibi puniſ. d
rap. c. j. Et hoc ſi eſt publicū. ita q
p eo eſt ex cōmunicatus a prelato
ipſius loci. alſ ſi eſt occultū pōt ab
ſolui a pprio ſacerdote vbi cūq; fur
tū vel rapinā accepit. Sextus rōne
ſtudij vt cū clerici accedūt de licētia
Platoꝝ ad ſtudiū. Septimus tpe ne
ceſſitatis: vt qz infirmat ad mortē:
vel dz intrare bellū vel mare. Octa
uus ſi nō ponat ſpē in perſiā pprij
ſacerdotis. Sz hoc vltimū cōiter ſi
teneſ in talibus em̄ caſibus vbi qz
pſitet aliēo dz ei inſiigi vt ſe pſentet
pprio ſacerdoti nec pprius ſacēdos
dz ei credere ne diceret ſe eſſe abſolu
tū ab aliq; ex cōicatione: qz tūc nō te
neſ credere ſine litteris abſolutōis.
Ego tū cōſulo ſm̄ Ricch. in. iiii. di.
xviij. q. j. ar. iij. qz ſine cauſa multuz
neceſſaria vel legitima non q̄rat qz
aliū ſacerdotē p̄ter ppriū. ſicut mul
ti cōſueuerūt ſacere dubitātes teme
re de vita pprioz ſacerdotū: z dicen
tes qz non cōfiteſ illi inebriato: ſed
q̄rant alienū cōtra ſtatutū eccleſie.
Sed ſi alter diſcretior nō pōt habe
ri: vel platus nō vult dare licentiam
ſubdito cōfiteſ p̄ter ſe qd erit agē
dum. Dicit Ricch. qz in tali caſu
p̄pter bonū obedientie facit magis
ſubditus vtilitate aie ſue cōfiteſdo
pprio ſacerdoti minus bono dū tū
ſit ſufficiēs qz cōfiteſdo alteri mel
iori. Et diſco de minus bono: nō de
minus diſcreto: qz alſ ſemp̄ q̄rēdus
eſſet minus diſcretus qd nō eſt vey:
ſz ſemp̄ q̄rendus eſt magis diſcret?
ſi pōt haberi. Nec excuſat ſubditus
indūſcreto plebano cōfiteſ ſi eum
male iudicat qz nō teneſ cecus cecū

ducere ne ambo in foueā cadāt. Et
nora qz in caſu quo qz venſens de
altena parrochia caueat imperitiā
pprij ſacerdotis petens audiri con
feſſionē ſuā p̄ alienū plebanū: dīcēs
ſe habere licētiā a pprio ſacerdo
te. nunq̄d teneſ ei credere illi quē pe
tit p̄ audienda cōfeſſiōe. Itēdeo qz
ſic put̄ notauit Joh̄ an. i glo. iiii. c.
j. de p̄ilegijs i cle. p̄ quo allegauit
de pe. di. vi. Placuit qz nō eſt imme
mor p̄ſumendus ſue ſalut. ſ. i. q. vij.
Scimus. z de homicidio. ſignifica
ſti. p̄dōt aut̄ hanc licentiā parrochi
aliſ dare etiā ſi nondū hz ordinē ſa
cerdotij aut etus vicarius vices ſuz
as gerens. vt dicit Jo. an. in. v. glo.
ſa ibidem.

De cautelis ſeruandis ex parte confeſſoris.



Primo caueat confeſ
ſor ne ſuū parrochia
num habentē caſum
ep̄i nondū expedituz
in q̄ tpe nō pōt diſpe
ſare aliq; mō audeat abſoluere ad
cautelā. ſicut ſulti qdam cōſueuerūt
facere. q̄ nō cōfeſſores ſz deceptores
potius appellādi ſūt z cōfuſores q
cum nō poſſunt abſoluere in caſib?
ep̄i dicūt parrochiano Ecce ego te
abſoluo ab iſto pctō ad cautelaz vt
poſſis iſtis diebus cōicare: ne de te
ſcandalū oriā ſi nō cōicares iſto ſe
ſto paſche. Tu aut̄ poſt iſta feſta ac
cedēs auctoritatē ep̄i cōfiteberis d
iſto pctō. Nō ſic impie nō ſic ne de
cipias te z ipm. Sic em̄ facias z dī
cas. O bone fili. ego non habeo in
iſto caſu auctoritatē. ergo accedas

statim ad ep̄m vel eius auctoritate habentes. nec te plus p̄cures sacramento eucharistie nisi fueris absolutus. Si em̄ nō posses accedere ep̄m ante ista festa nullomō accedas. Et si aliquis de te suspicabitur dicētes. Iste nō gratis nō cōmunicauit istis festis vel si a te q̄rat vicinus tuus: q̄re nō es cōmunicatus in isto festo. dicas q̄ hoc feci de cōsilio sacerdotis mei. vel cōfessoris: vel quia habeo graues inimicitias cū hostibus quibusdā quos nondū euasi. Et verū dicit: quia habet inimicitias cum diabolo et e^o laq̄os distrūpere et ip̄m expugnare de corde suo: nec in hoc mentitur. **I**h̄o tñ dicat in hoc habeo inimicitias cū quibusdā hoibus: s̄z cū quibusdā hostibus. nisi etiāz haberet inimicitias cum hoibus. Sacerdos aut̄ hoc casu q̄i subditus cōfite^r sibi totaliter inueniens casum ep̄i inter alios audacter absoluat ab illis et inuigat p̄nias p̄ ill̄ q̄ sūt v̄ auctoritate sua. casū vero reseruatū remittat ad episcopū. **I**h̄o sicut qdā faciunt q̄ postq̄ audiūt in confessione casū ep̄i statim dicūt cōfite^r **U**ade nō habeo tecū quicq̄z disponere nisi accedas ad episcopū. Et tales exponūt p̄sonas h̄mōi magno periculo. qz sepe cōtingit q̄ tales obliti fuerūt de pctis prius confessis. **U**erūtñ si sacerdos inuenit cōitentem excōcatū a iure vel ab hoie. **U**el si forte dicat cōfite^r **B**one pat̄ ego semel p̄culli clericū ordiatū extra. v̄ sū in excōmunicatiōe maior: tunc statim sacerdos nō audiat eius cōfessionē: nec absoluat eū ab aliq̄ etiā minimo pctō donec fuerit p̄supiorē

a snia excōcatōis absolutus. et se docuerit p̄lras absolutū s̄m **T**ho. in. iij. di. xviij. **S**ecundo caueat sacerdos ne aliq̄ mō reuelet vel p̄dat cōfessionē signo nutu vel facto. sed oīno d̄z celare exterius sicut d̄us te git interius. **P**er hoc em̄ vt dicit **T**ho. in. iij. di. xxj. hoies magis attrahunt et simplicius confitent. **S**i aut̄ piculus immineret et hoc solū sciret p̄ cōfessionē: vt qz scit aliquē hereticū. s̄l̄r scit incendiariū. nō p̄pter hoc d̄z reuelare eos sed potius monere debz tales vt desistant. et plato dicere q̄ vigilet sup̄ gregem sine oī reuelatiōe cōfessionis. **S**i etiā sacerdos cōpelleret ad dicendū p̄ ep̄iscopū tal̄ b̄n̄i p̄t dicere. **R**euerēde pater ego nihil scio: intelligēdo vt hō qz scit vt deus. **I**h̄o solū autē caueat reuelare illa q̄ cadūt sub cōfessione sacramentali vt pctā. s̄z etiā alia gesta et facta p̄ q̄ possz d̄s dephēdi peccator: immo etiā illa q̄ oīno non p̄tinent ad cōfessionē. **E**t idē dico si alii qua dicunt alicui nō p̄ modū cōfessionis qz forte non sit absolutio nec p̄nie iniunctio: s̄z tñ sit sub specie confessionis. **I**h̄a ī tali casu lz nō claudat tale dicitū sigillo cōfessionis s̄z **T**ho. in cōpendio. tñ talia oīno sunt seruanda ex honestate ac si in cōfessione suscepta fuissent. s̄m **T**ho. in. iij. dist. xxj. **S**i aut̄ sacerdos scit peccatum p̄ter cōfessionem potest illud dicere: sed nō debz dicere q̄ sciat hoc ex cōfessione et nihilominus debet abstinerere ab hoc q̄stum p̄t p̄pter p̄nitis consuetudinem. **I**tem sacerdos peccata reuelans q̄ scit extra confessionem: et septus hoc faciens assue-

De sacramento.

scit ex hoc postea etiā reuelare ea q̄
sunt in cōfessione sibi dicta: sō ha-
beat linguā refrenatā dētibus pp̄t
penā depositiōis ⁊ retrusōis in ar-
tum monasteriū ad agendā p̄niam
de pe. ⁊ re. Dis ⁊ de pe. disti. vi. Sa-
cerdos. Qñ ergo vñ securus esse cū
opus habes de aliquo pctō tibi cō-
fesso req̄rere doctiorē aliquē sup̄ p̄-
lio dando nō dicas sic. Ecce q̄dam
psona est mihi cōfessa de ciuitate vñ
villa de hoc q̄d cōsultis cū ea face-
re: sed potius dimittas vt sp̄a sola
cōsulat vel q̄rat auctoritatē. Qd̄ si
forte verē. dicas sic. Ecce q̄dā ca-
sus accidit sub hac forma. vel pue-
nit ad me casus talis. q̄d cōsultis
sup̄ eo. Et h̄ esset de licētia cōfite-
ri q̄ possit reuelari. vt dicit Tho. vbi
supra. hoc tamē fiat sine scandalo ⁊
abstineat ab hoc sacerdos q̄sto ma-
gis potest vbi scandalum timeat. Al-
le etiā cui reuelatur de licētia cōfite-
tis teneat illud seruare ⁊ celare sicut
p̄fessor p̄ncipalis: nisi daret sibi li-
centia a cōfite-ri q̄ ille absolute ac li-
bere faciat ac si esset publice factū.
Caueat autē cōfessor ne sic reuelādo
de licētia cōfite-ri dicat narrādo.
dictū est mihi in confessione hoc qz
in nullo casu dz nec pōt hoc facere
q̄nticūqz haberet licētia a cōfite-ri:
qz ista sola verba includit peccatus
morale: qz includunt reuelationem
huius vt cogniti eo mō quo nō licet
reuelare fm̄ Scotum. Dicit tñ sub
illis doctor in. liij. di. xxi. q. ij. q̄ ad
celationē pcti in confessione detecti
teneat homo de lege nature. Iuxta il-
lud. Nō facias alijs rē. Math. vij.

Quia quisqz tenetur conseruare sa-
mam alertus sicut pp̄riā. sicut fideli-
tatem dz seruare quā pene vult sibi
seruari. Item de lege positua que
est. De p̄fessioe aliqua nullus te tra-
dere dz. Talis etiā dat occasionem
fictē p̄tēdi. Tertio caueat sac̄dos
ne audiat mulierē illā cū qua pecca-
uit. s. cōcubinā vel adulterā suā. Nā
h̄ fm̄ dñm archi. xxx. q. j. in. ca. oēs
sup̄ glo. ij. talis sacerdos pōt tali mu-
lteri iniūgere p̄niam cū sit parroch-
ana eius fm̄ Hug. q̄ hoc notat. liij.
q. vij. capl. vi. Quicq̄d tñ est de hoc
ego video alijs. s. q̄ clerici nō debēt
suis cōcubitis p̄niam iniūgere. sed
magis eas inducāt vt ab alijs peni-
tentiā accip̄sāt: vt in glo. xxxij. q. ij.
Placuit. Et hoc totū est. p̄pter ho-
nestatē fm̄ Bartholomeū baxien. ⁊
p̄pter ordinē fm̄ Hu. Quātū tñ est
de iuris rigore si p̄byter dat penitē-
tiā cōcubine sue p̄ delicto cōmissō
valebit p̄nā fm̄ archi. q̄ ita notat.
xxxij. q. ij. vbi hoc idē sentit Laurē-
tius polonus dicēs cū glo. xxx. q. j.
oēs q̄ p̄byter orientalis sicut ruten-
nus vel grecus non audit peccata
sue vxoris. qz nec ip̄a libere confite-
t̄ si adulteriū cōmissit Ergo in oibus
illis melius est p̄sonas hmōi remit-
tere ad superiores. ⁊ ego miror de tan-
tis in hoc magnā difficultatē faciē-
tibus an p̄byter possit audire sue
cōcubine p̄fessione. Ego autē video
q̄ iste casus est ep̄alis vt dictū est su-
pra de casibus ep̄alibus. Quarto
caueat sacerdos ne existet in crimie
audiat cōfessioes alioz nā talis gra-
uiter peccat. nā sacerdos bñ docens

do pplm & male viuēdo instruit deū
quō cū ōbeat p̄dēnare. xl. di. c. mlti
rō pe. di. vi. q̄ vult & sacerdos vbi dicit
Zu. sacerdos cui oīs offerri pctōr: aſi
quē ſtatuiſ oīs lāgori nullo eoz ſit
iudicād? q̄ in alio eſt iudicare prōp
tus. Ubi dicit glo. q̄ peccat sacer
dos in crimine iniūgēs p̄ſam & ve
rū eſt: vt. iij. q. vij. Itē in euangelio.
vbi dicit glo. q̄ ſi in neceſſitate ſuus
parrochianus petat ab eo p̄nā con
terat iſe ſacerdos & ſtatim iniunge
re pōt vt dicit glo. Quē ergo tu ſim
plex ſicut & ego legis auctoritates
q̄ nō ſoli ſcti exiſtētes ſoluūt pecca
tores: ſ; etiā mali q̄nq; iudicabāt al
ozū excessus & peccata ſicut ſaul cū
a dño eſſet reprobatus pplm dei iu
dicabat: & eius iudicium vniuerſus
ppls expectabat. Itē dauid cū eſſet
adulter & homicida interrogatus a
pp̄ba ſentētia in diuitē dedit q̄ ouē
paupis rapuit dicēs Filius mortis
eſt vir q̄ fecit hoc. ij. Regū. xij. Itē
ſalomō cū amore multercular deos
gentiliū coleret. tñ vniuerſa plebs iſ
raelitica ad eius iudiciū cōfluebat
Sic & achab q̄uis coleret baal. tñ
decē tribus iudicabat. iij. Regum.
xxij. Nō te decipias q̄nq; iſta legēs.
qz nihilominus grauiſ peccat. ſ; ab
ſolutio quā facti in ſubditos teneat
apud deū q̄tū ex officio nō ex iuris
merito. qz vtiq; melius faceres: qz t
ſibi meriti grām mereris. & cōſitēt
veniā adaugeres. Quanto caueat
ſacerdos ne audiat ſacerdotē ſine li
centia ſpeciali vel generali epi ſui:
niſi epi ſciret vel approbaret tacite
vel expſſe. Et hoc eſt cōtra multos
plebanos quorum vnusquiſq; au

dit alium & preſertim in caſibus for
nicationuz qui ſunt caſus epiſcōpa
les vt multotiens clamaui & adhuc
clamo more lupi in celum & terram
q̄ iſti decipiunt ſe. Sexto caueat cō
feſſor ne conſitente in q̄ non vult vel
non poteſt ſufferre onus penitentie
remittat a ſe vacuum. Caueat etiā
ne extigat iuramentum a conſitente
de peccato illo de quo conſeſſus eſt
amplius nō faciēdi neq; cōmittēdi
hoc em̄ reprobāt. xj. q. iij. vbi glo.
ij. dicit q̄ ab hereticis reuertētibus
& ab incēdantijs. vel in horēdis cri
minibus ſilibus tñ iuramētum exi
get vt iuret cōſitēs de cetero ſe nun
q̄ ſimile cōmiſſurum. Et expſſe p
hibet glo. ibidem hoc nō fieri i quo
libet peccato mortali. Ego tñ com
perſ q̄ſdam ſciolos apud ſe a mulie
ribus conſugatis extorſiſſe iuramē
ta ſuper fornicationez de cetero nō
faciendam q̄tum perculi ſit quill
bet aduertere poteſt. Quando ergo
venit ad te homo qui non vult ſub
ire onus penitentie dicas ſibi iuxta
tenorem capitu. q̄ quidem. de peni
ten. & remiſſio. Quod ſi conſitetur
ſed ſe dicit abſtinere non poſſe ni
hilominus eius coſeſſionem audi
as: & dicas ei q̄ non eſt vera peni
tentia talis: ſed q̄ diſponat ſe q̄to
citius poteſt ad propoſitū abſtinen
di a peccatis huiusmodi. Cum au
tem habet propoſitum abſtinendi
a peccatis ſed non vult ſubire onus
penitentie tam magnum ſicut ſua
peccata requirunt. dicendum eſt et
Chariſſime fili tu debuisti pro iſtis
peccatis penitentiam agere tantaz
vel tantā. ſed ex quo nō vīs ſufferre

De sacramento

eam scias q̄ exiges a te in purgato-
rio ⁊ nihilomin⁹ ex quo habes con-
tritionē ego te absolua. In hoc em̄
casu meli⁹ est de mia facere rōnez q̄
de iusticia. si tñ esset suspectus aliq̄s
de quo p̄sumit q̄ nō faciat qd̄ ei pre-
cipit dicendū ē et q̄ si nō faciat hoc
puto q̄ nō restituat tales rez de qua
confitet q̄ carebit fructu cōfessionis.

Et iste est modus optimus ⁊ secur⁹

**De penitentis infirmorum
et decedentiuꝝ de hac vita.**



Nabitis cautelis mōis
et dispositionib⁹ peni-
tentū in bona sanita-
te. Videnduz est de pe-
nitentis infirmoz ⁊
decedentiuꝝ de hac vita. Est igitur
sciendum q̄ sacerdos circa quēlibet
moriturum primo ad eū venēs ita
querat s̄m consiliuz Anselmi. dicēs
Charissime fili habes ne forte inte-
tionē abstinendī a pctis si supuiter
⁊ de eis satisfaciendī. Et ille dicat q̄
sic. Itē letaris q̄ in fide xp̄iana de-
cedis ⁊ ille respondeat. Et itē. Itē
fateris te nō ita bene vixisse sicut de-
buisses. respondeat. fateor. Itē cre-
dis q̄ ppter te est mortu⁹ fili⁹ dei vī
uī ih̄s xp̄s. r̄ndeat. Et itē. Itē credis
resurrectōez mortuoz. r̄ndeat et itē
Tūc hortare infirmū dicēs. Age er-
go p̄nāz dñi est aīa in te habēdo ve-
ram contritionē. ⁊ i morte xp̄i verā fi-
ductā cōstitue huic mortū te totū cō-
mitte: hac morte te totū ptegez iuol-
ue. Et cū dñs de⁹ tu⁹ voluerit te iu-
dicare. s̄ supra pctā tua. dī. dñe mor-
tez dñi nri ih̄u xp̄i obsecro iter me et
iudiciū tuū. aliter tecū nō cōtendo.

Si dixerit de⁹ q̄ mereris dānationē
dic attēdo crucem dñi nri ih̄u xp̄i ⁊
nulla merita mea sp̄itusq̄ meritū of-
fero p̄ merito meo mō qd̄ ego habe-
re debuisses nō habeo. Istis sic ha-
bitis audiat eū p̄fessionē. q̄ cū p̄fesi-
sus fuerit nō est ei imponenda cōfessio
penitentie s̄ inotescēda. xxvi. q. vii.
Ab infirmis. q̄ postq̄ cōualuerit il-
lā penitētiāz seruare debet. Dicat
ergo ei p̄fessor. Bone fili. ecce tu p̄
istis pctis tñ inotescēda est penitē-
ueres. Tñ ex quo s̄a nō potes satisf-
facere p̄ eis in p̄ntivita doleas saltē
q̄tū potes roga tñ amicos adfaciē-
dū p̄ te orones ⁊ elemosynas. si autē
cōualueris accedas iteum ad me. ⁊
ego iungā tibi penitentia salutare.
Quare autē innotescēda est penitē-
tia taliter decedētī Archid. i dicto.
ca. Ab infirmis. dicit q̄ ppter duo
scz vt sciāt amici quā recōpensatōez
facere debēt. ⁊ vt iste sciāt q̄lter pe-
nitere debeat si supuiter. Et idem
ponit verba qualiter tales sunt am-
monēdi dicēs. Falsa pctā q̄lta tu p̄
petraisti tot annoꝝ a nob penitentia
accipiūt. sed te interim quousq̄ eua-
seris forte expectam⁹. vt tūc tibi cō-
gruam penitentia imponam. si au-
tem dominus nosser vste terminum
tibi dare voluerit p̄ auctoritatē p̄e-
tri ⁊ pauli p̄cipis cui date sunt cla-
ues regni celoz absoluo te a pctis
tuis p̄dictis. ⁊ sacrificia ⁊ p̄ces. nec
nō elemosynas ⁊ ieiunia: nec nō ⁊ ce-
tera opa pietatis q̄ p te fiāt tibi pro
futura i redēptionē aīe iudico ⁊c.

**Quomodo sacerdos se ha-
bere debeat erga infirmos.**



U aut practica habeat sacerdos circa predicta sic pcedat. veniens ad infirmum pmittit istis interrogacionibus supradictis: audita cofessione ino inuigendo sz innotescendo pniaz eo mo q supra dictu est sic eu absoluat. Misereat tui dus omps r dimittat tibi pctā tua r pducat te in vitā eternā. Dñs noster ihesus xpus te absoluat ab oibus pctis tuis q comissisti cogitacione locutione opere: r omiffione: et auctoritate dñi nri ihesu xpi q fūgor in hac pte ego te absoluo ab oibus sententijs excoicatis in mortis r maioris ab hoie vel a canone i telatis. r ab oibus pctis tuis do r mihi cōtritis r cofessis aut oblitis. restituo te in gremiū scē matris eccleie r participatiōi sacroz. In noie pris r fi. r s. f. amē. Si xō decedēs hz bullaz papalē a pena r a culpa in agōe tm tūc obseruet forma bulle r absoluat sic. Ex pmo tā i isto casu qm in oibus supradictis. pmittat decedēs satisfactiōe oibus qbus tenet. vltā qbus illicite aliqd recepit p vsuras: vel aliter iniuste. Et hoc faciat p se si supuixerit infra certū tps sibi assignādū vel p suos heredes: qz tūc obliget r tūc deinde absoluat pmittēdo sicut p̄us. Misereat tui rē. r auctē dñi nri ihesu xpi r scroz petri r pauli. r auctē dñi. Ill. pape mihi in hac pte vigore grē tibi facte comissa. ego te absoluo ab oibus sententijs excoicatis maioris vlt minoris ab hoie vlt a canone in te latis. concedoqz tibi oim pctoz tuoz de qbus cōtritus es et cofessus plenā remissionē. In noie.

p. r. f. r. s. f. Circa predicta tñ ē scleduz q qlibz sacerdos simplex i mortis articulo hz plenā auctoritatē absoluedi decedēte ab oibus excoicatiōibus r pctis seruata tñ forma eccleie. Tñ q̄tūcūqz vnus sit excoicatus a iure vlt ab hoie: dūmō fuerit i forma eccleie absolutus sepeliet i cimiterio nisi ius sibi specialiter denegasset sepulturā r ihibuisset. vt ptz de torneamētis p totū. r sic de alijs. Fora aut eccleie circa istos seruāda ē hec. P̄tio si ē excoicatus p cōtumaciāz pmittat stare r parere iuri. si aut est excoicatus p debito pmittat q q̄ cito cōualeat satisfaciāt creditor. si ue sint vsure siue rapine siue spolia siue qd̄cūqz aliud debitū. Qd si cōtigerit eū decedere tūc pōat heredes suos vlt alios habētes ibi bonos fideiussores suos q p ipso satisfaciāt eū effectū. r hoc ipsi fideiussores debēt facere r pmittere anq̄ absoluat. Dicēdū est etiā ei q si supuixerit r infra tps sibi assignatū postq̄ pualuerit: nō satisfecerit reuincit i sententiā eandē excoicatiōis. vt in. c. eos q. 8. sen. exco. li. vj. Si aut eēt paup q nō posset facere vlt hēre fideiussores saltem pmittat q postq̄ ad pinguiorē fortunā veniet vult satisfacere r sufficit de solutiōibus. Odoardus. Oibus aut pmiffis sacerdos corā te stibus pōt eū sepelire in cimiterio vel in ecclesia eo mo q dictū est supra. Tñ sic dicit Bre. papa. ix. c. vl. de sepul. cui libz curato p̄ parrochiano tuo q excoicatus est p manifestis excessibus videlz p homicidio. icēdio. violēta manū ictiōe in psonas eccleie asti: cas: vlt eccleiarū violatiōe vel icestu.

De sacramento.

dum ageret in extremis p̄ p̄byterū suū iuxta formā ecclie absolutus nō debet cōmiserū r̄ alia eccliaistica susfragia denegari: sed etus heredes r̄ p̄p̄nq̄ ad q̄s bona puenerūt ipsi: vt p̄ eodē satisfaciāt cēsurā eccliaistica sūt cōpellēdi. **Hec ibi.** Et qz multū dubitāt vtrū talis absoluti i agōe postea debēt absolui p̄ iudicē sup̄iorē: ex q̄ fuerūt excōicati est sciēduz qz si p̄dicti infirmi cōualescunt r̄ factiūt ea q̄ eis iniungunt nō debet vlt̄erius q̄rere vlt̄erorē absolutionē ab aliq̄ iudicē a q̄ fuerūt excōicati. sed cōtenti erūt absolutione simplici sacerdotis p̄ quē fuerūt in agōe absoluti alias enim ad qd̄ valet illa forma circa eos obseruata. Illa em̄ absolutio circa eos facta dū tradēbat in agone lz nō decesserit est valīda intrā ac si p̄ illum iudicē p̄ quez fuerūt excōicati fuisset facta. qz ita li articulo q̄libz sacerdos ē papa. de pe. di. 1. Quē penitet. r̄ de sen. excō. non dubites. t. eo. ti. eos qui. li. vj. Sciāt autē sacerdos q̄ absoluit vsurariū vel raptorē vel incendariū. sacrilegū. homicidā. percussorem clericū. vel filēm in agone sine forma sup̄radicta. puta nō accepta ab eo p̄missiōe vlt̄ cautōe fidelissoria sufficiēti qz ipse sol⁹ soluat illos q̄s negociū tangit. Tenetur em̄ ex quo nō satisfecit forme statutē ab ecclia r̄ illis subtraxit p̄sonam contra quam restabat eis actio. Ad hoc facit cle. eos qui de sepulturis. in fi. nec puta ipsum absolutus fuisse quo ad actionem: quia ecclia nō habebit eum p̄ absoluto nisi alias sacerdos satisfaceret pro eo.

Regule quibus pctā mortalia atqz vīalia sūt cognoscēda.



Ex peditis modis congruis quibus se cōfesso res circa audiendas cōfessiōes regere dūt. vtile iudicavi p̄fessori b⁹ occasiōez dar̄ aliquā cognoscēdi r̄ si nō certitudinalit̄ cōiecturatiue tñ pctā mortalia r̄ vīalia. **Pro q̄ p̄mo est sciēduz qz pctm̄ mortale sic difinit. est cōmissio siue ommissio volūtaria recte rōni. p̄traria. rōne cuius r̄ de p̄ se p̄ditur gr̄a.** **Uñ** ex hoc non plus accipe nisi qz pctm̄ mortale est cōuersio inordinata p̄ delectationē ad creaturā supra deū vel eq̄litter cū deo. **Veniale autē sit p̄ delectationē in creatura citra deū vlt̄ sub deo.** **Et** d̄r mortale q̄si magis dignū morte: qz infert mortē culpe r̄ aufert vitam gr̄e. **Veniale autē qz venia dignum.** **Et cōmissiō veniale ex impotētia r̄ inaduertētia r̄ ignorātia.** **Et cū nullū istorū p̄cedat ex malo p̄posito siue malicia. q̄ d̄r venia dignuz.** **Pro nā** igit̄ aliquas regulas de noticiā pctōz mortaliū. **Pr̄ima est** quicūqz hō p̄fert creaturā creatori vt puta magis ei intēdēdo. sibi plus credēdo. de t̄pa plus cōfidēdo q̄ de deo: aut ei maiorē honorē exhibēdo q̄ deo. s̄r ei plus placēdo q̄ deo. r̄ mā datis etus p̄optius obedēdo. aut ei subiectēdo aut difficiliora p̄ ea q̄ p̄ deo sustinēdo plus in ea q̄ in deo delectādo. aut p̄ ea d̄stina mādata trāsgrediēdo. aut ī ea iufficiētā suā ponēdo. tūc sp̄ p̄sūt mortale pctm̄. **Ex hoc collige hoc notabile dicituz**

q̄ q̄n amor vel affectio ad creaturā
siue ad se siue ad aliū tantū crescit
in hoīe vel ē tā magna q̄ in ea cōsti-
tuit vltim⁹ finis: sic q̄ aliq̄s nec ac-
tu nec habitu ordinat illā creaturaz
nec eius dilectionē. aut etiā seip̄z s̄z
deū: s̄z vellet cū tali creatura cōiēta-
ri ⁊ nō curat deū offendere aut p̄cep-
ta eius trāsgredi p̄pt̄ illā creaturā.
v̄l nō curaret de v̄tūdie dūmō pos-
set hic manere cū tali creatura. oīa
ista sūt mortalia. q̄z icludūt p̄ceptū
deū s̄z nō formale t̄n̄ interpretatiū ⁊ ē
fruitio creature q̄ p̄ponit deo. Hoc
est p̄tra illos curiēses q̄ amore ama-
riaz suaz d̄bachatt dicūt. Si tecū
possē in p̄petuū manere nō curarē si
deus ī celo resideret ⁊ me hic tecū dī-
mitteret. O miser oīm miserōz infe-
licissime: q̄ nō gustasti q̄ suauis est
d̄ns sperātibus in se: quātā p̄para-
uit diligētib⁹ se. Si t̄n̄ aliq̄s diligit
creaturā plusq̄ d̄z: sed t̄n̄ p̄pter hoc
deū nollet offendere: aut eius amici-
ciā p̄dere nec trāsgredi eius p̄ceptū.
aut eū p̄pter hoc d̄serere tūc nō op̄z
q̄ sit mortale. Sc̄da reglā q̄n aliq̄d
cōmittit cōtra dilectionē dei v̄l p̄xi-
mī notabilit̄ tūc est mortale. Illud
aut̄ est cōtra dilectionē dei: ⁊ q̄d vio-
lat amicitia in̄ deū ⁊ hoīem: vt cū
sit aliq̄d cōtra eius p̄hibitionē vel
q̄d sibi displicet. Illud x̄o sit cōtra
dilectōez p̄ximī q̄d hō facit p̄ximo
⁊ t̄n̄ sibi nollet hoc fieri iuxta illud.
nō facias alijs r̄c. ⁊ q̄d tibi r̄obilit̄
⁊ ex d̄bito vis fieri r̄c. Et p̄t̄ ē et attē-
di penes sc̄dālū actiū q̄d ego infe-
ro p̄ximo meo p̄ mala exēpla. Sed
q̄tū ip̄ortat cōtra dilectionē: vel q̄z
tum sit illud sc̄dālū ab hoc q̄ sit

mortale nō p̄esse d̄terminatū est qz
in modico facere contra p̄ximū
aut in paruo sc̄dālizare nō est mor-
tale. Cū q̄libet attēdat seip̄m q̄d si-
bi vellet fieri. ⁊ q̄d sibi nollet fieri. et
p̄ q̄d factū ⁊ non factū inter se ⁊ p̄xi-
mū amicitia quā simul habēt sol-
ueret. Tertia regula q̄n aliq̄s cōmit-
tit vel omittit contra p̄ceptū dei vel
ecclesie vel legis nature. vel sup̄ioz:
⁊ presertim si sunt p̄cepta de neces-
sitate salutis. vel facit cōtra v̄orum
publicū vel cōtra iuramētum licitū:
male est mortale. Quarta regu-
la q̄n aliquid sit vel omittit contra
p̄sciam vere vel false dictantē aliq̄d
esse mortale vel contra conscientia
fouidantem p̄babiliter ⁊ dubitatū
ue an sit mortale si conscientia non
sit sufficienter instructa. Quinta re-
gula est de actibus intus manentib⁹
bus q̄n q̄dem quis habet solā cogi-
tationem de aliquo q̄tūcūq̄ turpē
vel malam absq̄ t̄n̄ cōplacētia seu
delectatione vel cōsensu: nunc nun-
q̄ est peccatū mortale: sed vel venia-
le vel nullum. Cū vero est cōsensus
in actum q̄ esset p̄ctū mortale tūc
semper est mortale. qz deus volun-
tatem pro facto acceptat. Quando
autem cum cogitatioe aut compla-
cētia est delectatio morosa in ali-
quod turpe ⁊ spectraliter in libidino-
sis. tunc est mortale s̄m dicitū Aug.
esto q̄ non sit cōsensus in actū s̄z us-
solam morosam delectationē. ⁊ hoc
b̄n̄ est attendendū. plures enī hic de-
cipiunt. Et his ergo iā ponamus
practicā d̄ singulis p̄ctis mortalib⁹
Et p̄mo de sup̄bia q̄ tunc est p̄ctū
mortale s̄m p̄imā regulaz quando

De sacramento

quis subtrahit se a subiectione et obedientia diuina. et tota vitaz suā ordinar ad laudez humanā et ad vanam gloriam. Talis em̄ ex quo nō curat hoc facere ad laudē dei sed potius humanā videt hoies plus diligere q̄ deuz: qz illis plus vult cōplacere q̄ deo. Sicut est mortale p regulam sc̄daz cuz q̄s pro sua supbia faciēda faciat extorq̄re paupes primos p suis tunicis pompose faciēdis. Si milif cū q̄s nō curat sc̄dalizare p̄rimos. sicut sunt mulieres ornātes se q̄ prebēt occasione vidētib⁹ ad cōcupiscendū eas. Vel cuz q̄s p̄sumptuo se trāsgredit p̄cepta dei: vel p̄cepta legis nature vt faciens alteri qd̄ sibi displicet tūc est mortale p tertā regulā. Nō hō q̄s appeteret humanam laudē vel vanā gl̄iam alijs modis: tūc est veniale. Itē auaricia est mortale p̄ctm̄ p secundā regulaz qm̄ aliquis appetit diuitias habere nō curādo an per fraudē: mendacia: vsuras: piuria. p ludos illicitos v̄l emptōes v̄l veditōes exercēs illicitas v̄l detinēdo debita alioz: vel mercedē suoz suoz peccat mortali ter. sicut p̄ p̄mā regulā ē p̄ctm̄ mortale si nimis magna spes i eis constituit. Est etiaz p̄ tertiā regulaz p̄ctm̄ mortale quando pro eis acquirēdis negliguntur p̄cepta salutis vt forisādo die dominico vel festiuo. Item p̄ quartā regulā fit peccatu mortale quando dubitat de p̄tractu an sit licitus: et tamen exercet. Quando vero appetuntur diuitie plusq̄ sunt necesse sed tamen nollet eas acquirere malo et iniusto modo veniale est peccatum fm̄ Aug. in li. de purgatorio

vel quando nollet offendere deum nec in eis cōfidere tunc etiaz est veniale et̄. Itē gula est p̄ctm̄ mortale per primā regulam quādo quis tātam delectationē in comestatione vel potatione habet q̄ p̄pter ip̄am nō curat deuz offendere aut missas negligere vel ieiunia frangere. Itē quādo homo grauat se potu it̄m̄ q̄v̄luz rationis obmittat obliuiscens vbi sit et reddat vt bestia: vel cū aliuq̄ studiose inebriat. et hoc est p̄ctm̄ mortale p sc̄dam regulā. Et hoc est v̄l si scit fortitudinem potus qz si nescit et bibit excessiue causa sessiōis vel collationis amicoz et socioz est veniale. Itē p̄ quartaz regulā est mortale si q̄s cōtra p̄sciam sibi dictatē qz talem potū bibere imoderate est destructio capitis: vel qz hoc est p̄ctm̄ tali die: vel qz inde scandalū out̄ est p̄ctm̄ mortale. Hoc attēdat p̄sbiter v̄l sitas tabernas ex cui⁹ v̄l sitatione sc̄dalizat̄ laici: si talis peccat mortaliter iudicet se ip̄m. Si aut̄ q̄s comedit vel bibit ex delectatione vel v̄ltra mēsuram: vel p̄ciosos cibos sumit sed tū nollet ip̄e sibi p hoc ordinarē aliqd̄ impedimētuz sanitatis vel salutis licet ei euentat dolor capitis vel infirmitas alia est veniale. Item ira qm̄ p̄cedit vsq̄ ad odiū proximi ita qz vult notabiliter nocere. primo i rebus corpore vel honore est mortale p sc̄daz regulā. si aut̄ ex p̄motiōe subita vult malū. primo nō bñ delib̄berat⁹ qd̄ tñ deliberat⁹ nō faceret ē nō mortale. Itē inuidia q̄ est tristitia de bono proximi si p̄cedit ex odio p̄sonali est p̄ctm̄ mortale p sc̄dam regulam vel si gaudet de malo proximi

mi ⁊ tristatur de ipsius bono ⁊ tñ ex hoc nullā hz utilitatē sēp est mortale. Sed si ideo gaudet de malo ne sit ei nocuus. puta gaudet de sui inimici deffidē vt p hoc sit sibi ad nocendū min⁹ potēs hoc nō est pctm mortale. Silt detrahēs ⁊ infamās ex iuidia est mortale. Itēz luxuria q̄ est coitus oīs extra thoy matrimoniales semp est pctm mortale. Silt concupiscencia cū delectatione mortosa: vel cōsensus in talem actū. Et omīs actus turpis in locis impudicis vt oscula ⁊ alia que verecūdare tur homo facere corā hominib⁹ sūt peccata mortalia. Similiter dicens est de amicitia et fauore viri et mulieris. q̄dam dicūt q̄ est mortale pctm eo modo videlicet dū vn⁹ vult cōplacere alteri in actib⁹ pscriptis scz osculis motib⁹ ⁊ tactib⁹ inordinatis dās sibi potestātē in se exercēdi: vel habēs animū paratū ad hoc dū alter nollet exercere. Et tales stantes in tali periculo vel pposito non sunt in via salutis. Itē accidia est teduz de diuinis reb⁹ ⁊ de rebus spūalibus: vel tarditas ⁊ pgrticia ad audiendū de deo ⁊ faciendū ea q̄ ad deuz spectāt ⁊ est mortale. Un patet q̄ distractio cogitatio v̄ occupatio exterior infra diuinū officiū est peccatum accidie. Et si est studiosa applicatio ad talia impm̄tia. ita q̄ non curet homo a se repellere hmoi cogitationes et dimittere occupatōes est mortale pctm. Et nota circa pdicta q̄ aliud est mortale. aliud veniale et aliud criminale. vñ inter mortalia ⁊ criminalia est differentia sicut inter genus ⁊ speciē: nam omne criminale

est mortale sed non ecōuerso: multa em̄ mortalia sunt que nō sunt crimnalia id est capitalia que nō iducūt decapitationez siue depositionē vel exitum vel intrusōnē carceris. licz quodāmodo omne pctm vocetur crimen. di. xxv. vnum orariū. §. crimnals appellatio. Pmū peccatuz criminale est peccatū heresis: vt errare in fide trinitatis xxij. q. primū. Secundū est incestus: vt habet. xxx. ij. q. vij. ca. Adulterium. ⁊. ca. flagiticia. Tertium est homicidium. l. di. placuit. Quartuz crimē lese mase statis. vj. q. j. si quis. iij. q. v. accusatoribus. Quintū crimen sacrilegis. ij. q. j. In primis requirēdū est. xvij. q. iij. Si quis in atria: et cap. frater Sextum incestus. iij. q. iij. consanguineoz. xxxv. q. iij. de incestis: ⁊ ea dez. q. viij. hec salubriter. Septmū cōspiratio. xi. q. j. Conspirationū: et ca. si qs clericoz. Octauum adulterium. xxij. q. vij. quid in omnibus et eadem causa. q. iij. Nonū falsum testimoniiū. xxij. q. iij. nō perjurabis. vj. q. j. quicūqz. Decimuz est crimen symonte respectu cuius omīa crimna pro nihilo reputant: vt de symonia sicut symontaca. j. q. vij. ca. vlti. Undecimū est vsura. iij. q. iij. pleriqz. Alia aut pctā nō vocant crimnalia qz nō sunt capitalia licz mortalia sint: sunt em̄ dispēfabilia sine decoloratione stat⁹ ecclie. j. q. xij. dispēfatores. ⁊. c. ⁊ si illa. fm archi. xxv. di. audire. Itē pctā mortalia sūt omīa cōtra decē pcepta cōmissa q̄ enumerat aplus ad Ro. j. vt ydolatria. auaricia. iudicia. contentio. dolus. sursurratio. detractio. ptumelia. super

De sacramento.

bia. elatio. inuentio maloz. inobediencia. Nam qui talia agunt digni sunt morte. Item ad Gal. v. enumerat alia vices. Manifesta sunt opa carnis que sunt fornicatio immundicia: Impudicitia: luxuria: auaricia: veneficia: inimicitie: contentiones: emulationes: irre: dissensioes: secte iudicie: homicidia: ebrietates: comestiones. Et sequit. Qui talia agunt regnū dei nō consequentur. Ad ista autē reducuntur oīa alia mortalia. Sz peccata venialia enumerat August. xv. di. vt cū aliquis plus accipit i cibo vel potu q̄ sit necesse. pl^o loquit q̄ oportet. plus placet q̄ expedit quoties pauperem importūe petentē exasperat vel si sanus alijs ieiunātib^o prādere voluit Aut somno deditus tard^o ad ecclesiam surgit: aut vxorē excepto desiderio filiorum cognoscit qd̄ tamē sepe ē mortale quoties incarceratos tard^o requisierit vel infirmos nō visitauerit. Si discordes nō cōcordare curauit. Si plus filiū vxorē vel seruū exasperauerit seu increpauerit aut correxerit. Si fuerit plus blādītus. i. adulator alicui q̄ expedit. Si paupib^o esuriētibus nimis delicatū cibū preparauit. Si in ecclia aut extra ecclias iocosis vel fabulosis vel ociosis verbis insisterit. Si aliquid iurat incaute qd̄ postea implere non potest. Vel cuz ex facilitate vel temeritate maledicit. Hec omnia pro tanto diutius p̄traxim^o putātes multuz esse vtile circa hoc sacramentū penitētie cognoscere p̄ticulariter et ad oculū illa sine quorum cognitione nō bene pōt expediti illud sacramentum.

De sacramento extreme vntionis.



Nfirmatur q̄s ex vob inducat p̄biteros ecclesie vt orent sup euz vngentes eum oleo in noie dñi. Jaco. v. cap.

Quia vt dicit glo. de appel. ca. qua fronte. homo p̄pter peccatū citius mori p̄sumit. xj. q. iij. Epi. z. xij. q. j. ca. ij. z. xxij. q. iij. Ea vindicta. Et glosa ordinaria sup verbo themat^o dicit q̄ multi p̄pter pctā plectūtur morte corporis. Hinc ē q̄ saluator prouidēs de remedio contra peccata hominū sanoz: vt de p̄nia prouidēre etia^z est dignatus de remedijs contra pctā hominū infirmoz: vt de extrema vntione. p̄ quā quidem peccata venialia dmittūtur. z etia^z infirmitas corporis alleviatur. Cū sequitur i themate. Et oratio fidei saluabit infirmum z allevabit eum dñs. Glo. interlinearis id est si eum contigerit mori sic dimittentur. Et bene hoc expressuz est in apostolis. De quibus dicitur. Mar. vj. q̄ vngēbant oleo multos infirmos z sanabatur quod vtiq̄ sit virtute huius sacramenti. et non alia simpli^o ci vntione. Nam apostoli tunc vngentes conferebant hoc sacramentum a xpo etia^z p̄ceptū. Cū dicit lyra super. Mar. vbi supra. q̄ ex eo q̄ apostoli sic vngēbāt patet q̄ vntio extrema que est infirmozum fuit instituta a christo. qd̄ est p̄tra multos dicentes q̄ Jacob^o ap̄lus in verbis p̄missis eā instituisset qd̄ falsum est cū nullus ap̄ls aliq̄d sac̄m institue

re potuit. sed bene publicare potuit institutum. Et hoc fecit iacobus in his scriptis nisi thematis dicens. Infirmatur quis ex vobis. Unde dicit Tho. in. iiii. disti. xxij. q. j. arg. iij. q. oia facta xpus instituit p se: s; q sunt difficiliora ad credendum illa p se promulgauit alia aut fuerunt a apostolis promulgata sicut extremam vnctionem et confirmationem. Unde in ista verba thematis nisi a iacobo fuit istud sacramentum promulgatum et non institutum. Diffinitur autem extrema vnctio sic secundum Scotum ubi supra est vnctio infirmi hominis facta in partibus determinatis corporis cum oleo consecrato ab episcopo ministrata a sacerdote certa verba cum intentione debita proferente ex institutione diuina efficaciter significans curationem mentalem. Ex qua diffinitione satis patet euidenter a quo debeat istud sacramentum conferri. ex qua materia et sub qua forma de quibus per ordines est videndum. Et primo sciendum est quod materia huius sacramenti est oleum olivae ab episcopo consecratum. Et non est oleum balsami sicut in confirmatione. Locus ratio est quod quod habet exire de via non oportet quod habeat odorem bone fame que per balsamum designatur: sed sufficit ipsum habere bonam conscientiam. Nec potest alius hoc sacramentum conferre nisi sacerdos. Et si alius confert nihil facit. Unde in diffinitione dicitur a sacerdote ministrata. Scdum sciendum est de forma huius sacramenti que est septuplex ad septem vnctiones principales. Circa quod sciendum quod in quibusdam ecclesiis dicitur ista forma in collatione huius sacramenti. Ungo oculos tuos oleo sacrificato. In no-

mine prorsus et filij et spiritus sancti. Similiter ungo nares etc. et consequenter labia manus et pedes. Sed in rei veritate ista verba non sunt vera forma huius sacramenti: sed bene sunt dispositio ad formam. Forma autem huius sacramenti vera est hec. Per istam sacramentum vnctionem et per istam sacramentum benedictionem indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visus. filij resumendo super aures. nares. labia. manus et pedes. Licet autem in hoc sacro fiat multe vnctiones: vltima tamen vnctio. scilicet in pedibus est forma respectu omnium precedentium et agit in virtute omnium. Et ideo in vltima gratia infundit que effectum sacramenti prebet. Unde secundum Tho. in. iiii. di. xxij. Si tam aliquae partes essent inuncte et presbiter deficeret sicut contingit in pestilentia. quod factum est non debet iterari: sed vnctiones que restant per alium sacerdotem debent compleri. Sint ergo presbiteri cauti ut de cetero corrigant libros suos et agendas. In quibus communiter habent formam sacramenti huius per illa verba. Ungo oculos tuos vel nares tuas etc. Istud enim sacramentum confertur per modum suffragij secundum Tho. et ideo datur per solam orationem: et per verba optatiui modi. Unde dixit Iacobus in verbis thematis. Inducant presbiteros ut orent pro te. Illa vero verba. Ungo oculos tuos etc. non sunt de substantia sacramenti de bene esse secundum Petrum de tharan. disti. xviii. et Tho. in. iiii. q. iiii. arg. ij. Quibus autem proferendum sit hoc sacramentum. Respondeo quod solus est dandum infirmis et nisi sanctis. nihil enim efficit in eis. Et hoc patet ex diffinitione prius data in qua

De sacramento

dicitur q̄ hoc sacramētū est infirmū
hoīs. Nec d̄ dari infirmis istud sa-
cramētū ex periculo extertoris vlti-
lentie puta armoz vel submersiōis
fm̄ doctozē subtilē in. liij. dist. xliij.
Et ex hoc soluo vniū dubiū de quo
cum audirē sententiā r̄ libros dubi-
tabat a lectoribus ⁊ a formatis bac-
calarijs sacre theologie an valeat
vulneratis vel submergēdis hoc sa-
cramētū. Datet em̄ q̄ nō dico em̄
pbabiliter q̄ si q̄s est vulneratus et
ex vulneribus inflictis incidit in in-
firmitatem longaz ex qua desperat
de vita sua: puto q̄ et sit dandū sed
altas recent vulnerato s̄a decedenti
non est dandū. Similiter suspendē-
do vel submergēdo nō est dandum.
q̄ illi nō dicitur infirmū: nec moriū-
tur ex defectu nature: sed ex euentu
fortune fm̄ Petrū Item nō d̄ dari
pueris furiosis ⁊ amētibus q̄ prius
nō petierūt hoc sacramētū. Si q̄s
tū sentio deſiceret subito in articulo
mortis pōt ei dari hoc sacramētū.
Sed tū adultis vsū rōnis habēti-
bus nō dat nisi petāt sp̄aliter: sed tū
q̄ in vita sua habuit bonū pposituz
oīa sacramēta suscipiēdi sibi neces-
saria vel vtilia: etiā si amitteret loq̄-
lā vngat̄ in noīe xp̄i. Itō d̄ etiā q̄s
inungi sepius in eadez infirmitate
nisi eadē infirmitas vltra annum p-
trabat. Ita q̄ vno anno in eadem in-
firmitate nullus bis inungat̄. ne sa-
cramētū istō vileſcat. Iterat̄ tū hoc
sacm̄ in diuerſis infirmitatibus vlti-
in eadem reciditua: q̄ nō h̄ effectuz
ppetuum. eo q̄ sanitas corporis et
mentis q̄ sunt eius effectus reitera-
ri possunt. ⁊ amitti ⁊ recuperari. De

bet autem fieri vincto sup organis
q̄ nos sensuum q̄ sunt quasi prime ra-
dices peccandi. Vni oculi vngunt̄
ppter vsū quo peccamus. Aures
ppter auditum. Nares ppter odo-
ratum. Labia ppter gustum. Ma-
nus ppter tactum. Pedes vero p-
pter viz motiua. q̄ nō est de necessi-
tate. Cor aut̄ non vngat̄. q̄ est p̄nci-
pium immediatū vite. ⁊ remotū actio-
nis: nec genitalia ppter immūdicā
⁊ reuerētiam sacramenti. nec lingua
ppter abhomiatiōē. Itē s̄ Tho.
mutilus possunt circa partes q̄ inun-
gt̄ debuerāt. q̄ q̄uis nō habēt mē-
bra tū habent potentias q̄ illis mē-
bris debent saltē in radice. ⁊ ideo in-
terius peccare possunt p̄ea q̄ ad eos
ptinēt. Et effectus extreme vincto-
nis fm̄ Tho. est q̄dam sanatio sp̄ia-
lis q̄ datur cōtra quādam debilita-
tem vel ineptitudinem. que in nobis
reliquitur ex peccato actuali vel ori-
ginali. contra quaz debilitatem ho-
mo roboratur per hoc sacramētū.
Et quia hoc robur seu fortitudo
gratiam facit secum non compatit̄
peccatum. ideo ex cōsequenti si iue-
nit peccatum aliq̄d veniale vel mor-
tale ablitū quo ad culpā tollit: dum
modo nō ponat̄ obex parte recipiē-
tis. Sc̄darius aut̄ effect⁹ eius ē cor-
poralis sanitas. Sed diceres q̄re
non semper homo infirmus vinctus
surgit de infirmitate sed sepius mor-
ritur: It̄ n̄ deo q̄ cum in isto sacro sa-
nitas est effectus secundarius. ⁊ iō
non datur nisi fm̄ q̄ expedit ad sa-
nitatem spiritalē: quia tūc semp
eam inducit dummodo nō sit impe-

diamentū ex parte recipiētis. Tū pa-
 tet q̄ vnet⁹ in extremis si non surgit
 ab infirmitate illa per illā vinctiōez
 signū est q̄ sanitas corporalis est sibi
 noctua: et vult deus potius eū sic
 habere infirmū q̄ sanū. vel signum
 est q̄ infirmus nō bene disposit⁹ est
 in p̄scientia. ita q̄ adhuc aliquid h̄z
 quod impedit ne sanitas corporalif
 sibi restituat. als raro fallit. In hoc
 em̄ factō vinctio exterior est sacramē-
 tū: sed res sacramētū est sanitas cor-
 poris et aīe. res autē et sacramētū est
 vinctio sp̄ialis interior. i. mentis so-
 cūditas vel solaciū. Potest autē hoc
 sacramētū sacerdos cōferre cū vno
 clerico q̄ sibi respondeat ad orōnes
 et ad psalmos qui ibi dicūtur. Si tū
 caret clerico potest sol⁹ expedire to-
 tum s̄m vylhelmū et Hostiē. Si au-
 tem vngitur sacerdos non est opus
 clerico q̄ respondeat ad psalmos et
 ad orōnes. sed ipsemet respōdeat so-
 lus dicēs cū dicit in letania. Sācta
 maria. ora p̄ me. Sancte petre. ora
 pro me. et. Similiter cum dicit. A
 morte perpetua: infideat. libera nos
 domine. Nec vngant sacerdoti ma-
 nus in palmis interiorib⁹: q̄ ibi vn-
 cte sunt per ep̄m in ordinib⁹: sed ex-
 tertus vngant in sup̄ficie. De hoc ta-
 mē nō est magna vis qualiter unq̄
 faciat s̄z tū illud securius est et tū⁹.
 Practica hui⁹ sacramētū est facilis
 Itaz p̄mittit sacerdos p̄mo veni-
 ens in domū infirmi septē psalmos
 penitētiales cū letania. Demū q̄rat
 ab infirmo si postulat sacram vincti-
 onem. Tertio dicit orationes posi-
 tas i libello ad hoc cōgruas. Quar-
 to vngit euz forma sup̄radicta. Qui

to tergit cum stupa canapi. vel lini
 loca vincta et proficit in ignem. Sex-
 to lauat manus sale et aqua: et simili-
 ter proficit ad ignem. Septimo alligat
 loca illa mūdo p̄niculo vsq̄ ad
 tertiam diem: que tertia die cōburēt-
 tur. Octauo relinquit signum passi-
 onis xp̄i. in cui⁹ virtute istud sacra-
 mentum sicut et alia habet virtutes
 sanatiuā aīe et corporis.

De sacramento ordinis.



Ite ergo sacerdotium: genus sc̄tā p̄plus acq̄si-
 tionis. j. p̄e. ij. Et si
 xp̄us descendēs de ce-
 lo ad terras humanū
 genus nō solū a seruitute diabolica
 redemit et libertati ac dignitati resti-
 tuit. iuxta illud. Non sum⁹ em̄ filij
 ancille sed libere qua libertate libe-
 ravit nos xp̄us ad. Gal. iij. et Joh.
 viij. Si filius vos liberauerit vere li-
 beri eritis. multo tamē meliori mo-
 do statum sacerdotalez in illa liber-
 tate extulit et dignificauit. ita vt nō
 solū ipsi sacerdotes sint liberi mo-
 do cōmuni vt ceteri homines in cō-
 mūitione vnus fidei et participatio-
 ne sacramentoz sed etiaz q̄ sint qua-
 si duces p̄sides et reges disp̄sato-
 res et rectores diuinorū mysterioz
 vnde dicuntur sacerdotes quasi sa-
 cri duces vel sacra dātes. vel sacra-
 menta sacrificātes seu p̄crātes q̄b
 vtiq̄ maximū est et excedens cōmū-
 nez statū fidelitū. Unde merito p̄e-
 trus nesciens eos cōparare alijs q̄
 excellentissimis personis in congrega-
 tione fidelium scilicet regibus di-
 cit. Ite ergo sacerdotium. Ite ergo

De sacramento

sacerdotes putarent esse tñ nobiliores vt reges additur gēs sc̄tā. s. specialiter sc̄tificata dño ihu x̄po. et ne leuis reputatōis in sc̄titate estimarent vt ceteri subīrūt. pplūs acq̄sitōnis. s. specialiter acq̄sit⁹ ⁊ deo ap̄ropriatus. Non em̄ sacerdotes solum sunt ppl̄s dei: ⁊ oues pascue ei⁹ iure creationis: vt om̄es hoīes nec redemptiōis solū. vt oēs xp̄iani. s. iure specialissimo ⁊ peculiari q̄ vocauit eos vt virtutes ei⁹ nūciant. vt dicit. i. p̄. ii. Quib⁹ non supra homines solū: sed sup̄ ipsos quodāmodo dedit potestates. dādo videlicet eis p̄tatem cōsecrandi ⁊ conficiendī corp⁹ suū ⁊ sanguinez vt dicit Math. xxvi. Circa igitur sac̄m̄ ordinis sacerdotalis videndū ē primo de substantialib⁹. Sc̄do de accidentalib⁹. Tertio de cautelis. Quantū ad p̄mū sciendū q̄ ordo sic diffinit p̄ magis rem sententiay. li. iiii. di. xxiiij. ē signaculus quoddā ecclie per quod sp̄ialis p̄tās traditur ordinato. Ita etiaz diffinit Hugo de sc̄to victore. Ordo autē sacerdotalis s̄m̄ doctorē sic diffinit in specie. Ordo est institutio in gradu ecclie simpliciter hem̄nente disponēs habētem ad cōficiēduz eucharistie sac̄m̄ facta ab ep̄o per certa v̄ba cū intentione debita proferēte. Et in ipsa ordinatōne q̄ dāz est sac̄m̄ tñ. vt p̄tās q̄ traditur quoddā res tñ. vt gr̄a q̄ conferitur quoddā res sac̄m̄. vt caracter qui imprim̄ in singulis ordinib⁹ vt statim patebit. Sūt autem sex de substantia huius sacramētī. P̄mū ē p̄tās ordinantis: qz opz vt sit ep̄us. Sc̄dm̄ est materia. s. unctio in sacer-

dotibus: ⁊ tactus illoz que sunt tāgenda. Tertū est forma verborum. Quartus est sex⁹ virilis: qz femina ordinari nō pōt: nec recipit caractere ordinis si millesies ordinaret. Cuius ratio est s̄m̄ Tho. qz cuz in sacerdotio debeat significari em̄inentia gradus. ⁊ femina tenet statū subiectionis: ideo nō est apta ad suscipiendū hoc sac̄m̄. Quintū est intentio debita: vt ep̄s intendat cōferre: ⁊ clericus suscipere. Sextum est: qz ordināduz sit prius baptizatus. al̄s nō susciperet hoc sac̄m̄: qz fundamentū oīm sac̄oꝝ ⁊ tanua est baptisim⁹. Vbi autē fundamentū deest nihil desup̄ edificari pōt. de presbitero non baptizato. c. miserate. ⁊ c. veniēs. Caracter autē cōfirmationis nō preexigit de necessitate: s. de cōgruo. Alterius est sciendū qz septem sunt ordines. P̄mū est ostiariatus: cui⁹ est custodire locū cōsecratiōis sac̄oꝝ ab imundis. s. infidelibus ⁊ excoicatis. Sc̄bus est lectoratus: cui⁹ est legere p̄phetias ad instruendū illos q̄ volunt credere. Et ideo s̄m̄ Thomā p̄phetic quasi prima rudimēta eis legenda cōmittuntur. Tertius est exorcistay quoz est arctare demones p̄ adiurationē ne diēnt in corpore nōdum baptizato. Quart⁹ ē acolitoꝝ: quoz est p̄sentare materias: v̄cecolū cū aq̄ ⁊ vīno et lumen accēdere. Alij v̄o enumerant adhuc alios duos ordines sc̄z psalmistay ⁊ cātoꝝ. q̄ tñ s̄m̄ Tho. in iiii. di. xxiiij. q. iiii. arg. ij. nō sunt ordines: nec sunt illa noia ordinuz sed officioꝝ. tñ inter ordines large acceptos computantur. Et isti vocā-

tur minores ordines quos possunt abbates benedicti conferre inclusiue vsq; ad lectoratum. vt. lxxix. dist. qm̄ videm⁹. vbi glo. dicit q; possunt facere psalmista: ostiariū ⁊ lectozes. et hoc licet abbati in suo monasterio. Exorcista vero aut accolitū facere nō licet: qz isti duo per solum ep̄m fiunt. vt d̄r ibidēz in. c. non opz. Hec fuit snia Hugonis ⁊ laurentij quos sequit archi. ibidē. ⁊ dez tenet Raymūdus ⁊ Hoffredus in sentētijis eorum. de ep̄o q̄ renūciat ep̄atus. et p̄t abbas taliter ordinare supradictos non solū in q̄tuor tēporib⁹: s; etiāz dieb⁹ d̄nticis sed tm̄ in suo monasterio. als alteri faceret p̄iudiciuz. ⁊ snia aut̄ habet p̄tātes abbas nō solū ex ordine: s; ex p̄tāte b̄ndictōis. Unde licet abbas nō cōsecrat⁹ manuz ip̄onere nō p̄t ordinato. vt in. ca. qm̄ videm⁹. ⁊ c. nō opz. ⁊ c. cū cōtingat. de eta. et qua. or. tū manū benedictionis p̄t ip̄onere. de supplēda negligentia prelatoz. c. i. f. recipiendo. p̄fessos. ⁊ sic nō p̄t ordinē cōferre: nisi sit b̄ndict⁹. De hoc iā de terminatū est de p̄uilegijs. c. abbatēs. li. vi. ⁊ de collatōib⁹. ibidē. im̄mo psalmista ⁊ cātozē p̄t ordinare simplex sacerdos. vt. xxiiij. di. vbi d̄r psalmista ⁊ cantoz p̄t absq; scientia ep̄i sola iussione p̄biteri officiu; suscipere cātandi. dicēte sibi p̄bitero. vide vt qd̄ ore cātes corde credas. ⁊ qd̄ corde credis opib⁹ appobes. Laurenti⁹ etiā. xcij. di. nō licz. exponit hoc. c. cūz d̄r i eo officiu; cantādi suscipere. i. suscepti officij executionē. Quod etiā p̄bat hosti. i. summa de ordinatis ab ep̄o q̄ renūciat ep̄as

tul circa principiu. Ray. fo in summa eodē titu. notauit hoc itelligendū de sacerdotib⁹ curā h̄ntib⁹. q̄ soli hoc p̄t. videt tū q; cū nec alios ordines posset q̄s exeq; sine licētia et ita nec aliqd̄ specialitatis in psalmista hic introduceat. Sz. Inno. Bern. ⁊ Petrus de samprana dicunt hoc posse quēlibet sacerdotē. et hāc vltimā snia; approbat archi. in p̄dicto ca. psalmista. Verū aut̄ insignat character aīe p̄ h̄mōi ordinē dicit ibidē archidiacon⁹ q; nemo scit ⁊ iō pcutiē tale nō icidit canonē. Qz vt dicit v̄cēt⁹. h̄c ordo nō est de p̄ncipalib⁹: nec d̄r ordo p̄prie s; large ⁊ istā sententiā tenet theologi q̄ dicūt psalmistatū cantoziatū ⁊ ep̄atū nō esse ordines. Credit tū archi. vbi supra q; pcutiens psalmista icidit canonem: nec sup̄ eū seclare iudiciū p̄t habere p̄tātes: ⁊ dicit q; si obmittat ordo iste ⁊ conferat lectoratus ⁊ accolitatus non est repetend⁹. hosti. tamē in. ca. contingit de etate ⁊ qualitate ordi. dicit q; sit repetendus. Hec de istis. Deinde sequuntur sacri ordines qui dicuntur maiores. Prim⁹ est subdiaconat⁹. ad quem pertinet oblationes recipere ab offerētib⁹: ⁊ eas diacono offerre. itē legere eplāz ⁊ c. Scd⁹ ē diaconat⁹ ad quē p̄tinet hostias ordinare in altari. sibi legere euangeliū. Tertius ē p̄biterat⁹. ad quē pertinet cōsecrare corp⁹ xp̄i ⁊ sanguinē. ⁊ hic ē act⁹ p̄ncipaliss: alius autem consequens sez soluere ⁊ ligare per quē actū p̄paratur corpus xp̄i missicū scilicet fideles xp̄tāni. vt sunt ap̄ri ad corpus xp̄i veruz. De ep̄iscopatu aut̄ an sit ordo est d̄

De sacramento

ueritas inter theologos et iuristas
Mā theologo dicit eū nō esse ordinē
Iuriste hō cōmuiter tenet q̄ sit or
do de q̄ Jo. an. i nouella sexti notat
pulebre circa phemiū. Et hoc idēz
tenet doctor subtilis in. iiii. sen. di.
xxiij. ar. ij. In q̄libz autē ordine cara
cter imprimitur cū eis p̄ episcopoz
portgē liber cū forma verboruz. ac
colito cū datur candelabrū: subdia
cono cū daf calix vacuus cuz alijs
vallis quoz vsus est in cōfectiōe eu
charistie. Diacono et presbytero qū
eps imponit manū capiti. et hec im
positio p̄fert plenitudinē grē Tho.
tū dicit di. xxiij. q. v. ar. ij. q̄ subdia
cono imprimi character in datione
calicis tū cū actus p̄ncipalis ē
circa vasa tū et nō circa contenta in
vassis Un̄ nō pōt tāgere corpus xpi
sine necessitate magna. Sed actus
diaconi necesse sup vasa tū nec sup
cōtenta in vassis: q̄ ille est sacerdos:
s̄ est sup corpus cōtētū in vase tū
Un̄ elus est dispensare corpus xpi
in patena et sanguinem in calice. iō
potestas elus ad actuz nō potuit ex
p̄mi p̄ dationem vasis tū nec mate
rie tū: sed exprimit p̄ actum in hoc
q̄ daf sibi liber euāgelioz et in hac
datione imprimi character fm Tho.
vbi supra dicēs q̄ cōtractus ille in
strumētōz talū est de essentia sacri
q̄z v̄ accipe hoc aut illud. Imposi
tio autē manus nō est de necessitate
et substantia huius sacramenti. vt de
sacramentis iterandis. c. vl. Et licz
isti characteres in essentia distingant
tū in fine vniuntur: q̄ ad vltimū ca
racterem psbyteratus. fm Tho. in.
iij. di. xxiij. q. ij. ar. j. et Jo. parisiē

sis. nō est credēdū q̄ character vnus
ordinis supponat caracterē alteri
us ordinis. Nam vt dicit Tho. vbi
supra in p̄mitiua ecclia aliq̄ ordina
bant ad psbyteros: qui tū prius in
feriores ordines: nō acceperunt et tū
poterāt q̄ inferiores: s̄ hodie statu
it ecclia vt nō ingerat se quis ad ma
iores q̄ prius in minoribus officijs
se nō humiliavit. ideo hoc est de cō
gruitate et non de necessitate. Et no
ta fm Tho. in. iiii. di. xxiij. q. ij. ar.
ij. q̄ eps p̄mo p̄parat ordinandos
p̄ tria. scz p̄ b̄dictionem p̄ quā diu
nis officijs mancipantur. p̄ manus
impositionē: p̄ quam daf plenitudo
gratie p̄ quam ad magna sūt idonei
et solis diaconi et psbyteri sit ma
nus impositio. tertio p̄ vnctionem
ad aliq̄d sacramētū tangendū qd̄
fit solis sacerdotibus q̄ p̄prijs ma
nibus tangunt corpus xpi. Unde
etiā calix et patena vngunt.

De accidentib⁹ huius sacri.



St autē sciendū q̄ illa
dicunt a cōdētialia sa
cramētū q̄ req̄runt de
cōgruitate et nō de ne
cessitate sacri. Cōgru
um est ergo p̄mū vt non ordinē q̄s
ad sacros ordines nisi habeat etatē
legitima. Etas autē p̄ subdiacono
est. xx. annoz. p̄ psbytero. xxv. et po
nitur in clemētina d̄ etate et qualita
te p̄ficiendoz. ca. generalem. Et vt
notat Jo. an. in ca. etui. de p̄bēdis.
li. vj. in glo. iiii. non est opus seruare
intersticia longa tempoz in ordini
bus suscipiendis sicut prius. vñ ha
bens etatem legitimā latus in car

nſpirato pōt cantare miſſam in ſacerdotio cōſtitutus in feſto paſche. Si tñ q̄s in minori etate recipit hoc ſacramētuz: tenet ſed peccat ⁊ d̄z ſuſpendi ab executōe ipſius ⁊ ordinator collatōe ordinum ⁊ cum hoc pōt cōpelli vt ſibi p̄uideat d̄ aliquo bñficio: vt de temp. oz. ca. vel nō eſt. Hoc em̄ q̄ quis imp̄fectis annis d̄ ſcretiōis recipiat ſacr̄m ordinis. Iſ ſm̄ Thomaz ſit p̄pter honeſtatem ſacramēt̄i iuſtiturū. ita vt tā ſit ex neceſſitate p̄cepti non tñ eſt ex neceſſitate ſacramēt̄i. Qñ ſi ordo ſacer cōfertur puero carenti vſu rōnis tenet q̄tū ex vi ſacramēt̄i. Dicit tñ Tho. q̄ in illis ſacr̄is vbi actus ſuſcipiētis requiritur: ſibi vſus rōnis eſt de neceſſitate ſacramēt̄i. ſicut in penitentiā ⁊ matrimonio Sed in qb̄ actus ſuſcipiētis nō requirit vſus etiā rōnis non eſt de neceſſitate ſacr̄i ſicut eſt in ordine ſacro vbi ſoluz ſp̄ūalis potestas datur ⁊ ideo vſus rōnis nō requiritur. Scienduz q̄ licet laicus ignarus nihil ſciens de l̄ra ordinem poſſet ſacruz ſuſcipere q̄tū eſt ex vi ſacramēt̄i. peccat tñ grauiter ep̄us cōferēs tali ordinē ſacrum. Itā dicit Tho. q̄ teneretur ordinandus ſcire q̄d p̄tinet ad eius officiū. ſm̄ magis ⁊ minus. Qñ ſacerdos religioſus ex quo recipit potestatem tñ ſuper corpus ch̄iſti veruz conſecrandi. ideo ſufficit q̄ ſolum ſciat illa q̄ requirūtur ad conſecrationē corporis ch̄iſti. Curatus autem vt plebanus tenetur plus ſcire quia p̄mouetur ſuper corpus ch̄iſti myſticum: quod eſt eccleſia. Qñ debet ſcire ea que ſpectant ad populū. Ad ep̄m vero

p̄tinet ſcire etiā d̄fficles q̄ſtiones ſacre ſcripture Qd̄ ergo d̄z q̄ d̄ ſubſtantia ſacr̄i ordinis ſunt eloquia d̄ uina. vt d̄z. xxxviiij. di. Dēs p̄ſallentes. exponendū eſt nō de ſubſtantia ordinis ſed de ſubſtātia executiōis. q̄ ſc̄z talis ex̄c̄q̄ nō pōt ſacrū ordinē niſi ſciat illud q̄d ad illū ordinē ſpectat exequendum. It̄ licet ſex t̄pa anni ſunt deputata ad cōferendū ordines. tñ hoc nō eſt de ſubſtātia ſm̄ Itay. ⁊ hoc exp̄ſſum eſt de tēpo. oz. Sane. Longruū tñ valde eſt vt non alijs niſi p̄dictis ſex t̄pibus cōferantur. ſ. q̄ttuor t̄pibus ſingulis. ſabbato ſiſtētēs. ⁊ ſabbato paſche vt d̄z. di. lxxv. c. vi. Pōt tñ ep̄s conferre minores ordines diebus d̄n̄ctis ſed nō multis ne videat generalē ordiatio nē facere: vt de tēpo. oz. de eo. Iō autem ſabbato cōferunt ſacr̄i ordines q̄ ſabbatū ſignificat quietem p̄ q̄d ſignificat q̄ q̄ ordinat̄ ad ſacros ordines irreuocabiler trāſit de labore in quietem. puta de labore ſeculariū negocior̄ ad quietem: ad vacandum ſp̄ūalibus. vt d̄z. lxxviiij. diſt. fornicari. Pōſſunt etiā cōferri ordines ſacr̄i in die d̄ſico mane. Ita tamen q̄ ordinandus ⁊ ordinator continent ieiunium p̄cedentis ſabbati quia tunc mane dominice diei trahitur ad ſabbatum p̄pter continuationem ieiunij: ſed hoc non faciat ep̄ſcopus ſine neceſſitate: vt ſi forte iſfirmare ſabbato poteſt diſſerre in craſtinum. Et̄ intellige de vno ⁊ eodem ordine non de diuerſis. It̄am nullus debet ſuſcipere duos ordines. vel minorez ⁊ vnum ſacrum in eiſdem quattuor t̄pibus. P̄ena autēz

De sacramento

ordinatoꝝ extra dicta tēpora est suspenſio ab executione illius ordinis que suscepit vt de tēpo. or. c. ij. **P**o test tñ cū eis dispensari vt ministrēt imposita eis penitentia vt in ca. **L**ō sultationi. ibidē. **O**rdinator vero debet p̄uari auctoritate ordinandi: vt ibidem patet.

De cautelis hic obseruādis.



Primo caueat episcopus ne ordinet alienum clericum vel laicum: vt de tempo. or. cū nullus li. vj. Quod si fecerit p̄ annū a collatōe ordinum est suspendendus **E**t interm clericū suū abiq̄ licentia sua a vicinis episcopis possunt ordinari: vt patz de tempo. or. li. vj. **C**lerici v̄o q̄ sine p̄prij ep̄i licentia ordinant ab executione ordinum suspendant. tamen ep̄s potest cū eis dispensare. ix. q. ij. lugdunē. de tempo. ordina. q̄ translationem **S**ecundo caueat episcopus ne ordinet aliquem ad sacros ordines sine titulo: alias solus ei p̄uidere tenetur de beneficio. **T**ertio caueat ne ordinet per symoniam: vt de symonia. per totum. nec solus. episcopus sed etiam notarius non debet formatas vendere. de symonia. ca. i. **Q**uarto caueat ordināndus ne recipiat ordinem aliquem ab episcopo quem scit symoniacē in ordine susceptum: siue sit occultum siue manifestum: quia non recipit executionem: et indiget dispensatione. i. q. j. quia symoniacis. **D**icit tamē **T**homas. ij. ij. q. viij. q̄ si esset symoniacus alia ex causa possz ab eo recipere

ordines dummo sit occultum quia talis episcopus non est suspensus ad alios sed ad se tantum. **Q**uinto caueat ordinandus ne tempore ordinationis sit in peccato mortali. nam mortaliter peccaret. **d**istin. xl. multi. **E**t idem sc̄tus **T**homas. in. liij. dist. xliij. **N**ec talis potest vti ordine sic susceptum s̄m ipsum quia facit contra preceptum illud. **D**euterio. xvj. **I**uste quod iustum est exequaris. **U**nde talis quotiens talem actum exercet semper peccat mortaliter. **D**icit tñ **T**homas. ibidem q̄ subditus homini ordinatus in peccato mortali tenetur ab eo recipere sacra si est occultum: et hoc quod diu tolerat ab ecclesia. **T**ñ dicit idē. **N**on est tutum talem ad aliquem actum sus ordinis exequendū inducere durante conscientia q̄ iste sit in peccato mortali: quā tñ deponere posset: quia in instanti hō possz a diuina gr̄a emendari. **S**exto caueat clericus ne ordinetur sine examine. alias dicitur furtiue ordinatus s̄m **H**ostien. vt. lxiij. di. extra conscientiam: nec p̄sunt ei formatore. si tñ est dignus et notus nihil obest: quia tales non sunt examinandi. **A**rchiep̄. xliij. di. c. nullus. **S**z si est indignus deponi dicitur de corpore victis. **E**xposuisti. **S**i etiā sit ignotus quibus dignus deponi dicitur. xliij. di. c. vi. et multo fortius si est indignus. l. di. ex penitentibus. **D**ebet etiam confiteri publice ep̄o suo crimina seu notoria impedimēta iuris vel facti. vt ibidem dicitur. **S**i autem subiceat talia etiā post penitentiam impediunt executionem. **N**ec etiā suscipiat aliquem ordinem superiorē omisso inferiori: quia hoc est peccatum. p̄ moueri

Et talis debz deponi: si hoc faceret ex malicia: secus si ex ignorãtia vel negligẽtia. di. xlvij. sicut olim. Ex dispensatiõe tñ ep̃i ad obmissum ordinez p̃ot. pmoueri: sed in suscepto prius nõ ministrabit. Dat autẽ gratia gratũ factes in hoc sacro q̃necessaria est nõ solũ ad digne suscipiẽdũ sacrm: sed etiã ad digne ministrãdũ fm Tho. 2 Petrus in. iij. di. xxiiij.

De sacramẽto matrimonij.

D Propter fornicationez habeat quisq; vxorem suaz. j. ad Tho. vij. r. xxij. q. ij. ca. his ita. Licet matrimonium i statu innocẽtie sit institutũ in officii nature. hoc est i p̃pagationẽ r multiplicatiõem. plis ad dei cultũ: qz tñ natura lapsa viciata est ex originali peccato. adeo vt salcem p̃pitiã in messem nõ vereatur mittere alienam. q̃rens indifferenter quãcũq; seminam cũ qua fornicatiõis explet peccatum. Ideo magnus doctor gentiuz p̃dicator r rector. puidens de remedio dicit: vt p̃pter fornicatiõem euitandam vnusq; habeat vxorem suaz per quod damnat peccatuz fornicatiõis r cõmendat statum matrimonij conjugalis In quibus ṽbis primo apostolus suadet vitare fornicatiõem. ibi. p̃pter fornicatiõem. sc̃do consulit remedij adhibitiõem: qz habeat vxorẽ suã. Per p̃mum damnatur error illorũ q̃ dicunt simplicem fornicatiõem non esse peccatum allegantes sc̃tos patres scz Abrahaz Jacob David r alios qui habebant concubinas:

nec tñ illa fornicatiõ impunita eãd peccatum. Quibus respõdetur fm Tho. in. iij. senten. di. xxij. q. iij. qz qlibet fornicatiõ extra matrimonium q̃ tollit debitã ordinatiõem parentis ad plẽm quã natura ex cõcubitu intendit est p̃c̃m. ideo fm ipsum sine dubio simplex fornicatiõ eãd peccatum mortale. etiã si lex scripta non esset. quod est multuz notabile Ubicunq; autẽ legimus aliquos patres habuisse concubinas illud fuit p̃ speciali dispensatiõẽ sp̃s̃sancti. r ad designandũ aliquid hoc enim qz filij Jacob ex liberis r ancillis fuerunt heredes designat qz xpo in baptismo nascitur filij r heredes per bonos r malos ministros. Sic etiã alia oia in p̃dictis patribus ad mysteriũ p̃tinent. vt habet latius. xxij. q. iij. ca. j. ij. r. iij. De quo cui placet sufficĩter informari videat notata mea sup. vi. p̃cepto. l. Nõ mechaberis. Per sc̃dm damnat bigamia cum d̃r habeat vxorem suã. si sic vnam tñ. non plures simul. Unde saluator repetens illud Genesis. ij. Erunt duo in carne vna. Mat. xix. dic. Itaq; iã nõ sũt duo s; vna caro.

De spõsalib; hic prius agit.

Circa istud sacrm p̃mo vidẽdũ est de substantia libus. sc̃do de accidẽtalibus tertio d̃ caute. Quantũ ad p̃mũ sciendum qz qdam sunt accidẽtalia matrimonij. scz sponsalia. r ideo de ipsis primo videndum est. secundo quid sit matrimonium. tertio que requirunt ad matrimonium: quar

De sacramento

to que impediunt ipm. Quantū ad primū sponsalia fm̄ Frānciscū de sarabellis sup rubrica de sponsalibus sic diffiniunt. sunt futurarū nuptiarū seu matrimonij promissio. Et diffinitio illa trahit ex canone. xxx. q. v. nostrates. Dicunt a caldarsis. q. oliz sponsus et sponsa mittebāt cautōdes quibus spondebāt se in iura matrimonij consentire. et fideiussores dabant quibus id se obseruatuos obligabant. Quādoq; etiam sponsalia dicuntur matrimonij sed tunc debet intelligi si sunt sponsalia de presenti Et sunt sponsalia quattuor modis Primo nuda promissione. vt cū dicitur promitto te ducere in vxorē. Secūdo datis arris sponsalicijs: vt pecunie vel alterius rei. Tertio anuli subarratione. Quarto interueniente iuramento: vt cū alter alteri iurat dicens. Iuro q. te in vxorem ducere volo. Quomodoq; ergo quis istorum quattuor modorū promittit ducere aliquā et postea nō curat peccat mortaliter: nisi legitimū impedimētū interueniat. Sciēdum tñ q. si sponsi si bi iuntes displicēt et dissentiūt si sponsalia nō fuerit iurata possunt se mutuo absoluere. Cū notāt doctores in. c. p̄terea. de sponsalib⁹. vbi inter ceteros Jacobus de alberga notat q. quando ecclesia videt q. sponsi si bi iuntes displicēt debet dissimulata re: id est nō debet cogere sponsum et sponsam ad perficiendū matrimonium propter maluz qd̄ posset inde puenire scilicet vxoricidiū vel mutua adulteria cōtrahentiū. Et hoc placet Caspar. Si autē tm̄ alter dissen-

tit dicit Goffred⁹ q. ex quo alter dissentit dissentiens precise compellit donec in eodem statu permanet. sed si cū alio cōtraxerit p̄ verba de presenti cessabit coactio Ibidem vult Innocē. ti. de sponsalibus. An autē sponsalia iurata possunt mutuo partium dissensu dissolui: licet antiqui doctores dubitēt de hoc: moderni vero expedierunt istuz casuz. Unde Vincentius in ca. p̄terea de sponsalibus. ponit distinguēdo an iuramentū dirigat in deum an in hoīem Primo casu nullus pōt absoluere: nisi deus. Secūdo casu homo cui iuratur pōt absoluere. Tūc autē dirigitur in deuz fm̄. Jo. an. qñ is q. iurat magis intēdit placere deo q̄ hoīb⁹ siue sit in faciendo aliqd̄ meritorius siue in abstinendo ab aliquo illicito Exemplū primū iurauit abbati iurare monasterium. hoc enī tm̄ deū cōcernit nō abbatem. Cū abbas nō potest me absoluere a iuramento Si nulliter iurauit nō occidere hoīem etc. Ad hoīem autem tunc dirigitur si iurauit tibi scribere libruz. ab hoc enim tu potes me absoluere quia te solum cōcernit hoc opus. Licet enī omne iuramentum concernat deum principaliter quia per religionē p̄mittit: tñ quia concernit cōmodum eius cui iuratur pōt ab eo dimitti. de iureiurādo. c. j. Idē etiam tenet. Caspar dicens. q. sponsalia etiaz iurata mutuo dissensu tolluntur. quia sublata obligatione sublatum est iuramentum. sicut dicitur de statuto et iurato. et notatur de prebendis. dilecto. facit ad hoc regula. qd̄ fauore lib. vj. Et notatur. xxxj. q. iij. c. j. in

glo. penultima. vbi dicit q̄ parentes sicut possunt frāgere sponsalia filioꝝ: sic ⁊ iuramēta remittere. Cōcludo ergo ⁊ dico fm̄ Franciscum de sarabellis q̄ si aliq̄s iurat spōse eius intuitu potest spōsa sp̄m absoluerē. secus si intuitu dei seu ob pietatē: vt cū sponsus esset diues ⁊ spōsa pauperrima. Tamen dicit Franciscus q̄ etiā in hoc casu potest eū sponsa absoluere. quia licet iurauit intuitu dei. tamē ex quo cōmodum cōcernit sponsam ipsa potest remittere predicta. ⁊ sic generaliter obstat. Nam ecclesia se nō intrōmittit de sponsalibus de futuro. nec ad instantiā alterius partis. Ambob⁹ ergo dissentientibus etiā si iurassent mutuo se possunt absoluere. Et nota q̄ etas seu tēpus ⁊ trahendi spōsalia vtrōbiq̄ est septēnium. Vnde spōsatio que fit in quinq̄ vel sex annis nulla est. vt de desponsatiōe imuberū. litteras. Hāc ex talibus spōsalibus inducitur publice honestatis iusticia. Est autē publica honestas fm̄ Franciscū in ca. iuuenis de spōsalibus impedimentū: qd̄ nec ex cōsanguinitate nec ex affinitate procedit. sed ex quadā honestate q̄ in matrimonij cōsideranda est. vt ille q̄ prius cōtraxit spōsalia cuz aliqua: ipsa mortua nō ducat aliam cōsan guineā ipsius infra quartū gradū. vt in. c. ad audientia. vt de sponsalibus. c. j. li. vj. Ratio autē huius cōstitutionis est qz̄ experiētia docuit graues rixas ⁊ inimicitias inter cōsanguineos oriri: quādo vni desponsatam aliquis de consanguinitate sponsi procurat habere. Similiter

est con ⁊ bolos morsus q̄i cōpositū
per morsellos paruos. i. articulos.
Est em̄ collectū ex diuersis locis sa
cre scripture in quo est tota fides.
Compositū est t̄m̄ p̄pter maiorem
cautelā. i. p̄pter hereticos: ne sit dif
ficile q̄rere articulos fidei i scriptu
ris multis. Et est triplex symbolū.
Primū apostoloruz. i. credo. q̄d cō
muniter d̄: in p̄ma ⁊ in cōpletorio.
Secūm Athanasij. i. Quicumq̄ vult
saluus esse. Et terciuz n̄cenū quod
in synodo nicena fuit cōpositū. Istū
autē potius canit̄ in missa q̄ aliud:
q̄ cōditū est tpe veritatis p̄palate
cōtra hereticos insurgētes: ⁊ clarū
est determinatiū fidei q̄ symboluz
ap̄loz. ideo potius canit̄ istud q̄ il
lud. Cū licet eadez sit veritas vtro
biq̄. magis t̄m̄ dare in vno q̄ alio.
Canit̄ aut̄ alte ⁊ expresse vt omnes
illud discant ⁊ sciant.

De tertia parte misse.



Consequenter vidēdū
est de tertia pte misse q̄
d̄: oblatio q̄ continet
sub se sex pres. P̄ria ē
p̄pli exultatio p̄ q̄bus
offerre d̄: ⁊ hec signatur p̄ offerrozi
um. Secunda est oblationis p̄sentia
tio ibi Suscipe sc̄tā trinitat. Tertia
est altaris thurificatio. Quarta cor
dis humilitatio. cū d̄: i spū humilita
tionis. Quinta sequens orationem
i. secretū Sexta manuum ablutio.
Circa q̄d scienduz q̄ sacerdos post
symbolū dicit dñs vobiscū. ad signi
ficanduz q̄ ex quo debet ad oblatio
nez accedere. ⁊ nulla oblatio potest
esse accepta sine deo. iō dicit dñs vo
biscum Et quia taz sacerdos q̄ po
pulus debent esse valde attēt̄ circa
oblationē hostie salutaris vñ tūc q̄
si excitādo populuz sacerdos dicit.
Oremus Ihs t̄m̄ vltierus p̄sequit̄ vo
ce alta: sed sub silētiō dicit offerrozi
um. p̄ quod denotat suā intentionē
maxime recollectā ad deū. Signifi
cat etiā illud silētiū latibulū xp̄i an
te passionē. q̄i iudei cōspirauerunt
cōtra eū vt si q̄s eū cōfiteret extra sy
nagogā fieret: cātat t̄m̄ tunc chorus
valde letabūde ad designādū hyla
ritatē offerētium q̄ datore hylarem
diligit deus. Et q̄ legit̄ etiā de da
uid q̄ cytharā cū cantoribus percu
tiebat. Tenēt̄ aut̄ fideles ad obla
tiones s̄m̄ cōsuetudinē approbatā
in aliquibus festiuitatibus: vt d̄ cō.
dī. iij. ois xp̄ianus. q̄ dictum est a
dño. Non apparebis in conspectu
meo vacuus. Licet aut̄ hoc sit p̄cep
tum t̄m̄ q̄stum ad q̄ritatē. vt t̄m̄ v̄l
tantum offeratur non est p̄ceptum

sed cōsiliū. iuxta illud Exo. xxv. Ab omni hoie q̄ offert yltroneus ac c̄pietis eas scilicet oblationes.

Sequitur secunda ps tertie ptis. scz. oblatiōnis p̄ntatio. Circa qd̄ sciēdū q̄ sacerdos volēs p̄sentare oblatiōnē deo parat p̄mo materiā. Et p̄mo p̄ hostia accipit panē triticeuz azimū mūdū r̄ purū r̄ p̄ sanguinis cōfectione accipit vinū bonum r̄ sapidū admixta modica aq̄ q̄ possit absorberi a vino. quo facto dicit. Si at hec cōmixtio vini pariter r̄ aque In noie pa. r̄ fi. r̄ ss. Deinde accipit calicem tenendo vna manu in medio. r̄ reliqua sustendendo pedē calicis: r̄ alte subleuando dicit. Suscipe sc̄tā trinitas hāc oblatiōnē. q̄ ora tio de se indicat qd̄ vel p̄ quo tunc orat. tūc em̄ orat ecclesia deū r̄c. Di cta autem ista oratiōe debet calices deponere deorsum r̄ patenā desup tollat. r̄ panes ad pedes calcis collocare videlz inter se r̄ calicē s̄z modū magis cōmunē Calix significat x̄pi diuinitatē. patena humanitatē q̄ diuinitates sicut patena calcem cōterit. Sed tūc patena sub corporali obseruat. qz discipuli relicto x̄po oēs fugerunt. Calix autē corporali opitur qd̄ signat sepulturaz x̄pi. debet autē corporale esse de lino mūdō r̄ cādido s̄m Hugonē r̄ s̄m cōciliuz lugdunē. vt etiā habet in bocardo li. iij. Hoc instituit siluester p̄mus anno dñi. cccv. Hec debet in eo alterius rei materiā p̄ciosior aut vili or misceri. vñ dicebat Jo. de deo s̄z q̄ refert archid. de cō. di. j. cōsultu.

q̄ illi grauter peccant r̄ offendunt q̄ mittunt corporale cōfici cum sari na ad hoc q̄ fiet rigidū sup calicem. Hec tale corporale d̄z per mulieres lauari nisi p̄ sacerdotē prius lauet i vase specialiter ad hoc deputato. in quo nihil est postmodū lauanduz. vt d̄ de cō. dist. j. nemo. Significat autē hoc corporale s̄z archid̄ vbi supra eccliam. Quod autē supra ponit calici significat q̄ x̄pi passionem ecclesia nō desinit imitari. Corporale autē multo labore candidatur r̄ ecclesia multo labore x̄po conformat. Itē signat syndonē in qua x̄ps fuit inuolutus: r̄ ideo fit corporale de lino: qz sicut linū multis pulsionibus r̄ tusionibus ad cādore deducit. ita ecclesia p̄ illd̄ significatū q̄ p̄ corp⁹ x̄pi intelligit multis p̄ssionibus r̄ passionibus ad candore vite eterne pducit. Et ita etiam corpus x̄pi p̄ illud significatū p̄ multas tribulatiōes venit ad gl̄iam: vt dicit glo. j. c. psultu. d̄ cō. di. j. Et qz dictū est q̄ calix cooptus significat x̄pi sepulturā hinc ē q̄ tūc maria mag. venit vngere iesum r̄c.

Tertia ps ē altar̄ thurificatiō marie ei magdalena accepit libraz vnguenti nardi pistici preciosi r̄ vngit pedes iesu. r̄ domus impleta est ex odore vnguenti. Et sacerdos in modum crucis superducit r̄ circumducit incensum supra sacrificium et altare vt r̄ crucis signaculo r̄ thuris incenso diabolice fraudis malignitas extricetur r̄ effugiat. Quod vero tercio superducit r̄ circumducit incensuz designat q̄ maria ter exhibuit r̄

Expositio tertie

adhibuit vnguentū circa corp⁹ iesu. Primo cū vixit pedes ipsius i domo symonis pharisei. Scdo in domo symonis leprosi super caput eius vnguentū effudit. Tertio cum emit aromata vt veniēs vngeret iesum rē. voluntas em̄ reputat̄ p facto. cū et p seipsam nō steterit quominus explestet qd̄ incepit. Quod vero postmodū vndiq; totū incensatur altare designat q̄ factū illud totū respersit ecclesiā. sicut dñs ipse testatur dicens. Amen dico vobis: vbicunq; rē. Math. xxvj. Et Leo papa statuit incensum sup oblatas fieri. qd̄ r conciliū rothomageū. fieri statuit. De alijs etiā thurificationis significationibus plura vide in rationali diuinorum.



Equitur quarta pars tertie partis de humilitione. vbi sacerdos dicit inclinato capite In spū humilitat̄. rē. r est oꝛo. Danielis. iij. ca. vbi sacerdos pfunde inclinat̄ habens man⁹ ante pectus. r circa hoc osculat̄ altare in signū crucis. qz per passionē crucis reconciliati sumus deo et in eius amicitia admissi. ad Eph. ij. Alij tñ nō osculātur hic altare. Dei de sequitur oꝛo. Vbi sciendū q̄ sacerdos vertit se tūc ad populū eos salutādo dicēs hec verba. Orate p me peccatore. p que vba sacerdos implorat auxiliū circūstantiū p̄ altitudinē sacramēti. Et debēt ista verba sonoroze r exp̄sse dici Et tūc vertit se sacerdos ad alterā partem dicens. Dñe exaudi oꝛonē meā: q̄a tūc orat singulari oꝛone. Et in hoc

multi errāt suppreſse illa vba dicētes: r cū hoc nolentes se vertere ad poplū nec ad alterā partē altaris: qd̄ nō ē sine pctō. Ista cōuersio ad ppl̄z cū silētio sbsequē significat ocultā apparitionē xp̄i qua apparuit petro. qz licet certū sit q̄ ei in die resurrectōis apparuerit. vt d̄r Luc̄ vltimo. tñ incertū ē vbi: ergo fit sub silētio Unde q̄nto sequit̄ secreta: qz secreta d̄r vt notet̄ mētalis cōuersio ad deū: vt sit sacrificiū āte deū gratuz. Debēt em̄ tot dici secreta quot fuerūt in principio collecte. r eodez ordine poni r cōcludi. Sed tñ in fine omnū dic̄t̄ expresse. p oīa secla seculoz. scz. ad significandū q̄ licet sac̄dos orat vt plona singularis: tñ ex quo p toto populo orat. ideo oculte nō debet finiri. Vel ad innuēdum q̄ sacerdos hic postulat̄ auxiliū populi. vnde exp̄sse respōdet clericus amen. ad designandū q̄ post lazari resuscitationem xp̄s publice predicauit.



Estat nunc videre de q̄nta parte tertie partis que dic̄t̄ sequens oꝛo vel prefatio. q̄ habet quatuor partes. In prima ppl̄us salutā̄ cū dicitur Dñs vobiscū. In secūda ratio assignatur. ibi. Vere dignū. rē. In tertia laus diuina a ppl̄o cātatur: cuius dic̄t̄. Sāctus. sc̄tus. sāctus. rē. In quarta canon ipse inchoat̄. ibi. Tē igitur clemē. rē. Quantū ad p̄mūz sacerdos salutādo ppl̄m primo excitat eū ad attentionē dicens. Dñs vobiscū. Scdo ad mētis erectionē sibi. Surfū corda. Tertio ad gr̄arū

actiões. ibi. *Gras agam?* Excitat aut ad attentionē ppter reuerentiā sacramēti in quo xps sumit ipe fōs bonitatis. idō sacerdos dicit. *Dñs vobiscū.* Deinde dicit *Sursū corda.* ad designandū q̄ circa hoc sacm̄ debem⁹ habere altitudinē contem- plationis. ⁊ ea q̄ sursū sunt appete- re. vt dicit *Loz. iij.* Et etiā qz istud sa- cramentū nō potest rite p̄fici sine il- lo q̄ est sursū. a quo cūcta bona p- cedūt. vt dicit *Breg.* Et a quo omne bonū pcedit. vt dicit *iacobi. j.* Et ad designandū q̄ hoc sacm̄ nō pdest nisi habētibus corda sursū. Ad qd̄ statim rīdet minister. *Habem⁹ ad dñm.* Et est sensus. i. habemus cor- da nra ad dñm leuata. Sed forte in hoc multī mētiunt habētes corda deſsa. quos arguit ppheta dicēs. *Filiij hominū vsq; quo graui corde.* Tertio excitat ppl̄s ad gr̄az actio- nes. ibi. *Gras agam?* dño deo nro *Ubi vide q̄gruentiā laudis.* qz em̄ est dñs ergo a seruis vult laudari. *Malach. j.* Si ego sum dñs vbi est honor meus: Et qz deus ideo vult coli. ⁊ qz noster est: ideo sp̄cialiter vult honorari vel venerari. Et q̄a- tā innocētes q̄ penitētes habēt lau- dare deū. ideo dicit recte. dignū et iu- stū est. Et certe dignū ratōe sue ma- iestatis. iuxta illud *Apoç. vij.* *Bñ- dictio ⁊ claritas ⁊ sapiētia ⁊ gr̄arū actio honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo dō nro.* dignū etiā p̄ tātis bñficijs no- bis impēsis. dignū rōne supabun- dantis charitatis. ex quo pprio fi- lio suo nō pepit deus x̄c. Quarto statim rō assignat hui⁹ a sacerdote cū dicit. *Uere dignus.* Et hic incipit

p̄fatio que representat illud gaudiz̄ puerorū cātantiū in die palmarum. *Bñdictus q̄ venit in noīe dñi.* Tpe aut quo cantat p̄fatio debēt ma- nus eleuari ad designandū q̄ tunc sacerdos vult orare p̄ celestibus. Et p̄ ista x̄ba sacerdos approbat p̄mo deū digne eē laudādū. Sc̄do inuitat angelorū exēplo cum dicit. *quā maiestātē tuā laudāt angeli.* q. d. *fm̄ Inno.* dignū est: qz mera nos volūtate fecisti. *Iustū:* qz mera mise- ricordia redemisti. *Equū:* qz gratu- itate nos visitasti. *Salutare:* qz per- petue nos saluasti. *Mos tibi semp.* id est in omni tpe. ⁊ vbiq; .i. in omni loco. Et si nō actualiter tñ habitu- aliter: nō ponēdo videlz̄ obicē mor- talis peccati. Unde nō cessat orare q̄ nō cessat benefacere fm̄ *Augu.*

Circa qd̄ sciendū q̄ tantū decez sunt p̄fationes. *Helagius* em̄ pa- pa statuit nouē. sed *Urban⁹* papa anno dñi. cccc. xliij. addidit deci- mā de bt̄a virgine. Quotidianā au- tem p̄fationē fecit *Symach⁹* natio- ne sardus anno dñi. cccc. xcij. *Pri- ma* ē de natiuitate. sc̄da de epipha- nia. tertia de quadragesima. quar- ta de resurrectione. quinta de ascēsi- ne. sexta de p̄thecoste. septima de trinitate. octaua de s̄cta cruce. no- na de apl̄is. decima de bt̄a virgine. de hoc habet de *p̄le. di. j.* inuenim⁹. Ex quo patet p̄fationē nouiter in- uentā de dedicatiōe eccl̄ie esse sup- fluaz ⁊ erronee introductā. nisi als̄ interueniret auctoritas pape. de q̄ tñ vsq; modo nō constat. Unde illi ea yrētes grauiter peccāt. *Luz* em̄ ymā collectā minimā nō possūt mu-

Expositio quarte

tare vel addere. multo magis rāz so-
lennem prefationez pro suo libitu i-
mutare q̄s presumat. Deinde sequit̄
tur sanctus. quod Sixtus primus
anno dñi. cxxix. instituit. per q̄s sa-
cerdos orat vt laus nostra et voces
nostre laudib⁹ et vocibus angelorū
affocientur. quā āgeli semp cātant
sanctus. Ter autem canit ad hono-
rem trinitatis. *Glanna. bis ad desi-*
gnandum duplicē solaz seu gaudi-
uz corporis scz et anime. et significat
tantum id est obsecro salua.



Sequit̄ sexta pars ter-
tie partis principalis
misse. s. ablutio manu-
um. *Prīmario em̄ sa-*
cerdos abluat manus
ad significandū q̄ debet carere mor-
talibus sed in hoc loco abluat quia
iuxta posse suū d̄z etiā carere ventali-
bus. Et ideo solū capita digitorū p-
fundit. Et licet aliq̄ dicit̄ tūc versū-
culū. lauabo inter innocētes man⁹
meas: tñ cōuenientius obmittit̄ p-
ter cōtinuatōnē sequētis canonis q̄
incipit. Te igit̄: cuius preludiū fuit
sc̄tus. Sensus em̄ est. Te igit̄ clemē-
tissime id est te q̄ sanct⁹ es dñs deus
sabaoth deprecor q̄ congrue fieri
nō posset interpositis aliq̄bus v̄bis
puta. Lauabo inter innocētes ma-
nus meas etc. que faciūt notabilem
discōtinuatōnē illaz orōnū p̄cipa-
liū. et ideo cauti⁹ obmittit̄ q̄ dicitur.

De quarta parte misse.



Sequitur quarta pars
principalis misse. s. ca-
non. Ad cui⁹ euidētā
sciendūz q̄ canon gre-
ce interpretatur regla

latine. quia multuz regulate cōpositus est. Dicit̄ autē q̄ Helasius papa canonez p̄ncipalit̄ ordinauit: licet a pluribus sit aliq̄d additū in eorū ab vno est cōposit⁹. Dicitur autēz q̄ Clemēs sc̄dus āno. lxxj. post Cle-
tum instituit canonem ante cōsecra-
tionez: et ita dicit̄ canon quasi sex re-
gulis sc̄toꝝ patrū editus et cōposit⁹
Dicit̄ etiam sub silentio fm̄ Anno:
primo ad significandū q̄ x̄ps se ces-
serat in *Effrem* a iudeis. Secundo
propter maiores conuersionē men-
tis ad deum: quia tunc sacerdos de-
bet intrare thalamuz cordis. et ostio
sensuum clauso deum orare. Tertio
propter periculi euitationez. ne vsu
quotidiano verba sacra vilescant.
Quarto propter maiores reuerētā
quia que in publico sunt citius vi-
lescunt. *Hec Bernardus de paran-*
tinis. Incipit autē ab illa littera. T
que valde representat signuz crucis
ad significandū q̄ hoc sacramētū
seu sacrificiū sit ad memoriāz pas-
sionis christi i cruce. Et sit circa ca-
nonez ymago crucifixi vt tanto me-
lius imprimat̄ memoriā x̄pi passio-
nis in cruce ipsi celebrāti. Accedēs
autē sacerdos post ablutionem p̄mo
benedicit se. secūdo compositis ma-
nibus osculat̄ ymaginem crucifixi.
Inclinando se humiliter designans
humilez inclinationē quā fecit x̄ps
ante suam passionē: in qua factus ē
sudor eius sicut gutte sanguinis de
curretis in terrā. sicut habetur Luc̄
xxij. Alij autē osculantur altare ad
significandūz q̄ per hoc sacramētū
acquirimus veram dilectionem cuz
x̄po qua minister non debet esse in-

fidelis: vt iudas. Deinde incipit dicens. *Et igitur.* Circa quod notandum q̄ illa consuetio igitur est illatiua respectu precedentiu vnde ex quo dixit prius: sanctus dñs: nunc infert. *Et igitur* clementissime pater q̄ es sanctus. Dicitur autem clementissimus quasi in misericordia summe abundantans. *Et hec verba* dicēs sacerdos se inclināt designans xp̄i humilitatem seu humiliationem ad passionē. Additur etiam per iesum xp̄m filiū tuum dñm nostruz. Hoc fit ideo: qz xp̄s docuit in suo nomine om̄ia esse petenda. iuxta illud. *Joh̄. xvi.* Amē amen dico vobis si qd̄ patres petieritis in nomine meo rē. Describitur autē quadrupliciter. Primo vt saluator: qz iesus *Math. primo.* Vocabis nomē eius iesus. qd̄ interpretatur saluator. Secundo vt rex: quia xp̄s quod interpretatur rex. *Psal.* *Uxit te deus de⁹ tuus.* Tertio vt patri naturaliter dilectus. qz filius. Quarto vt nobis prelatas qz dñm nostrū. *Supplices.* .i. humiles rogamus s̄m Bern̄. de parantinis. rogamus pro illis que nobis deficient. ac peius pro illis que ad salutem nostrā nobis necessaria sunt. *Uti accepta habeas.* .i. accipias seu grata habeas. *Et aliq̄ hic osculant altare* q̄si offendentes se cōpati xp̄o. sed non est de essentia. *Et oz p̄duct illa dictio* vti in fine. *Haz licet idem valeat* vt r̄ vti tñ plus est expressiua. hec dona dicunt dona q̄ dant a superioribus: quia hoc sacrificiuz fit virtute supremi del. ideo dicitur donum. *Munera* dicuntur munera quia dantur seu offeruntur ab inferioribus. hoc

enim sacrificiuz ministerio sacerdotum offeritur deo patri. *Hec sancta sacrificia dicunt:* quia sunt pro peccatis nostris. *Dicuntur autē illibata* id est incorrupta non q̄ illa accidentia nō possunt corrūpi sed q̄ contentuz sub eis scilicet corpus christi et sanguis non corrumpit iuxta illud *Non dabis sanctum tuū videre corruptionez.* *Sunt autem tres cruces* in verbis istis. *Hec dona.* hec munera. hec sancta sacrificia illibata. pro quo sciendum q̄ sacerdos ideo vti sepius signo crucis circa hoc sacramentum magis q̄ circa aliud qz istud sacramentuz est magis memoriale passionis christi que ad cruces est terminata. *Sunt autem hic primo tres cruces* ad designanduz triplicem christi traditionem. quarum prima fuit gratuita a dō patre ex dilectione. qui proprio filio suo nō perperit sed pro nobis tradidit illum. *Secunda* fuit a iuda que fuit ex auaricia et cupiditate. eo q̄ pecuniaz pro eo recepit: quam appellat mercedez iniquitatis. *tertia* fuit a iudeis que fuit ex inuidia quia sciebat pilatus q̄ per inuidiam tradidissent eum. *Quia igitur deus pater dedit eum nobis in donum.* Ideo prima crux fit cum dicitur hec dona. *Et quia iudas pro munere tradidit eū.* ideo secunda crux fit cum dicitur hec munera. *Quia vero iudei ad mortem tradiderunt eum.* vt crucifigeretur in sacrificium illibatum. ideo tertia crux fit cum dicitur. hec setā sacrificia illibata. *Vel etiaz s̄m Guil̄. martini.* tres cruces sibi in reuerentiam eius q̄ est trinus deus in p̄senti. cu

Expositio quarte

sus potentia fit cōuersio panis ⁊ vi
 ni. Et s̄m Bern. de parat̄is signi
 ficat crucifixionem triplicem quaz
 prima fuit in volūtate ⁊ effectu quā
 do collegerunt pontifices conciliū
 Joh. xi. ⁊ Math. xxv. Secunda fu
 it in vocibus clamantium. crucifige
 crucifige. Luc. xxij. ⁊ Joh. xix. Ter
 tia in crucifigēdo manuum ⁊ pedum
 Luce. xxij. Est itaq; sensus istoruz
 vborum quantū ad triplicem esse
 ctum. Nam quia christus datus est
 liberaliter: ideo s̄z dona pluraliter.
 quia vero datus est vtiliter. ideo di
 citur munera: ⁊ q̄ datus est vt nos
 sacrificaret mentaliter ideo dicitur
 sacrificia illibata. i. immaculata.
 Sed quare dicitur pluraliter dona
 munera ⁊c. ⁊ non donuz munus ⁊c.
 cum hic non fiunt plura sacrificia
 seu sacramenta sed vnum tantum.
 Respondetur q̄ licet corpus ⁊ san
 guis christi sint proprie loquendo
 cōposita distincta. tamen dicuntur
 vnum integritate. sicut comestio in
 vna mensa q̄tuncunq; ferula sunt
 diuersa aut potus diuersi nihilomi
 n̄ s̄z vna comestio ⁊ hoc vnitate ite
 gritatis. quia cibus ⁊ potus simul
 integrant refectionem: ⁊ h̄nt vnum
 effectum ⁊ nutritionem. Et isto mo
 do istud sacramentum dicit̄ vnum.
 Quā ergo dicuntur dona munera plu
 raliter refertur ad illas substantias
 panis ⁊ vini q̄ plura sunt composi
 ta p se ⁊ nondum sunt corpus ⁊ san
 guis xpi. vni. Quā s̄m Gorram sup
 Mat. quā ibi sint plura materia:
 liter. nō t̄n formaliter ppter vnā
 operationem quam intendunt. s. re
 fectionem spiritualem.



Sequitur. In p̄mis q̄
 tibi offerimus. vbi po
 nitur oratio salutis
 eoz p̄ q̄bus offeri hoc
 sacrificiū ⁊ cui: q̄ deo
 patri. vñ dicit in p̄mis. i. principali
 ter tibi. Sec̄do quis offert q̄z sacer
 dos ex pte totius ecclie. id dicit offe
 rimus nō offero Ex q̄ p̄z q̄ malicia
 sacerdotis nō viciat effectiōē con
 se cratiōis q̄z non offert ex bonitate
 vel malicia ppria: sed ex officio qd̄
 gerit ex persona ecclie. Tertio p̄
 quo offertur. Et p̄mo q̄ generalit̄
 p̄ tota ecclia. vñ dicit p̄ tota ecclia
 catholica. i. vniuersaliter toto orbi
 terrarū diffusa: ⁊ fidei sacris vnita.
 nō p̄ synagoga iudeoz abiecta ⁊ di
 spersa vbiq; p̄ diabolu. Quarto on̄
 dit qd̄ petit. vñ dicit quā. s. ecclia pa
 cificare digneris. vt scz pacē habeat
 ab hereticis ⁊ scismaticis. digneris
 etiā eam adunare. i. in vnitate coll
 gere q̄ dispersa est inter p̄fidos vl̄ pa
 ganos. Et s̄m Būil. manitiū. orat
 hic p̄sbyter p̄ inuicē discordantibus
 vt vniant̄ in charitate. Adde autēz
 vt custodire digneris scilicet a vicijs
 ⁊ demonibus: ⁊ regere. s. in p̄speris
 Deinde orat p̄ personis singulari
 bus ⁊ p̄mo pro capitaneis ecclie. s.
 papa. q̄ verba addidit. Clemens et
 postea. Delagius papa confirma
 uit. vñ idē dicit. Constat ab vniuer
 so orbe sepatū esse q̄ ob quā lz̄ dissē
 siōē inter sacra mysteria aplici pō
 tificis s̄m cōsuetudinē memoriā nō
 frēq̄ntat Deide p̄ ep̄o p̄prio vñ dicit
 pro antistes n̄ro. qd̄ ep̄s celebrans
 omittit cū sit met antistes. post hoc
 addit de seculari p̄ncipe. vñ dicit. et

principe nostro hoc em̄ est cōsiliū
ap̄li. j. ad Th̄. ij. c. vbi inquit. Ob-
secro primo oīm fieri obsecrationes
oratiōes. postulationes et gratiarū
actiones pro oībus hoībus p̄ regi-
bus et pro oībus qui in sublimitate
vitā agamus in oīm pietate et casti-
tate. Debet aut̄ intentio celebrantis
fieri ad p̄sonā illius ep̄i i cuius dyo-
cesi celebrat. Rome tñ nō dicit̄ pro
antiste n̄ro qz ibi papa est ep̄s. Silr
dicenduz de principe illo in cui⁹ rez-
gno vel ducatu celebrat. deinde de-
scendit generaliter orādo p̄ oīb⁹ s̄-
delibus. Tñ dicit̄ et p̄ oībus ortho-
doxis. i. veris catholicis nō scisma-
ticis vel hereticis. Tñ orthodoxis
dicit̄ ab orthodoxis. qd̄ est rectū. et do-
ctis gloria vel doctrina quasi recta
gloria vel doctrina. Qui ergo recte
glorificāt deū et rectam fidei doctri-
naz sequūt̄ orthodoxi vocant̄: at-
qz ap̄lice et catholice fidei. i. p̄ p̄los
fundate et p̄dicare fidei cultoribus.



Memento etiam domi-
ne famulorū famularū
qz tuarum: vbi iteruz
descēdit in specialē ad
memoriam certarū per-
sonarū. Unde licet deus noscat oīa
nec opus est sibi demonstrare p̄sonaz
pro qua orat̄ presbiter: cū oīm̄a nu-
da sint oculis eius. Heb̄. iiii. Sed
tñ obliuisc̄ d̄r illoz quib⁹ gr̄am suā
non infundit. Silr dicit̄ illoz recor-
darī quibus gratiā suaz et dona lar-
gitur. Et est modus vulgaris quo
cōiter dicūt̄ tribulati: de⁹ oblit⁹ est
mei. petit ergo hic duo: p̄ primo ex-
p̄citate pro quibusdam sc̄do p̄ oīb⁹

circūstantibus. Tñ dicit̄. Memento
dñe famulorū famularūqz tuarū
nō dicit̄ seruoz: qz fuitus pctm̄ deli-
gnat. Joh̄. viij. Qui facit pctm̄ suū
est pcti. Et tales q̄diu sunt in pctis
obliuiscunt̄ a deo. iuxta illud. Pec-
catores nō exaudit de⁹. Joh̄. ix. S̄z
famulus d̄r a fauore: qz est in fauore
et gratia dñi. v̄ sunt pctōres pueri
si et penitētes pro pctis: et tales deus
nouit. vñ petit̄ p̄sibiter recordari ta-
liuz. Et sciendū qz sacerdos d̄z face-
re memoriaz ordinat̄. s̄ p̄mo orat̄
pro illis q̄ sunt maiori charitate dis-
ligendi. Et qz ordinata charitas in-
cipit a se. ideo primo facit memoriam
suis p̄p̄ius. cogitādo tñ mente vel ex-
primendo v̄t deus sui misereat̄: et di-
mittat pctā et tribuat gr̄am. Deinde
orat̄ p̄ patre et matre parentibus et
fratribus atqz sororibus. Tertio p̄
bñfactorib⁹. Quarto pro inimicis
et p̄ p̄secutoribus. Quinto p̄ infidelibus
v̄t cōuertant̄ ad fidem. Et hic
q̄dez faciūt̄ eis dispositionē in mēte
satis pulchrā: faciētes tales memo-
riam a d̄ similitudinē ordinis casuū
quoz. p̄rimus est noiatiu⁹: in quo
suis p̄p̄ius recordant̄. Sc̄ds est geniti-
uius et significat genitorē. i. parētē
Tertio d̄r̄s et signat datorē vel bñ-
factorez. Quarto actūs: et signat ac-
cusatores vel inimicū. Quinto vt̄s
et signat vocandos ad fidē. Sextus
ablatiu⁹ et signat mortuos a nobis
ablatos. et de istis fit mētio in sc̄da
memoria. S̄z quare pri⁹ pro viuis
qz pro mortuis oramus: Respōdeo
quā viuis sunt in maiori periculo. qz
possunt d̄nari. Mortui autem pro
quibus oratur sunt in purgatorio.

Expositio quarte

de quib⁹ nō timef. Et de ista memo-
ria d³ se cito expedire ppter distra-
ctionē mentis et euagationē, non si-
cut quidā faciunt dormitātes in tali
memoria: ita q³ quicq³ populares re-
cedūt a missa tedio victi. et hoc ē scā-
lum: et p³ cōsequens fugiendum.



Sequit. Et oim circū-
stantiū id est audētū
missam digneris esse
propit⁹ quos vides i-
te credere recte rite de-
uote diligere. Et ex hoc p³ q³ valde
vtilē est interesse misse: q³ pro talib⁹
specialit⁹ orat. Cū statutū ē vt oēs
fideles audiant missas dñicis dieb⁹
et festiuis diebus. de pse. dist. j. oīs
fideles. et cap. missas. Et dicunt do-
ctores hoc idē esse preceptū vt ibidē
patet. Sequit. pro quib⁹ tibi offer-
rimus: vel qui tibi offerūt. id est non
solū illis digneris misereri pro quib⁹
hoc offerim⁹ sacrificiū laudis.
sed etia³ illis qui soli hoc offerūt. p³
se suisq³ omnib⁹ videlicet cōsanguin-
neis et affinibus familiaribus et ami-
cis. pro redēptione aīay suay. q. di.
non pro tpali lucro: sed pro spe salu-
tis et incolumitatis sue. i. pro salute
et incolumitate sua sperāda. Et q³a
bona hoīs triplicia sunt: idō p³erer-
nis prius orat. s. p³ spe salutis. sedō
pro corporalib⁹: idō dicit incolumi-
tatis. i. corporalis sanitatis. tertio
pro spūalib⁹. idō dicit seu addit p³
redemptione aīay suay. Sequit q³
reddūt vota sua eterno deo vīuo et
vero. Gloria dicunt illa q³ voluntarie
promittunt. Dicunt autē vota nostra
q³ fiunt a nobis ex libertate arbitrij
line coactiōe. Dicunt etiā dei. quia

per grām eius fiunt quā dat illis q³
vouent: vt possint etiā ea perficere.
Sed circa predicta querit q³re p³sb⁹
ter non orat primo pro se s³ prius et
p³ncipaliter orat pro papa. et se ob-
mittit. Ad q³d dicendū q³ ibi orat vt
p³ona publica. ideo publicū bonū
seu cōmune p³tulit. p³prio bono. hic
alit orat vt p³ona singularis intran-
do memoriā singulariū et priuatarū
p³onay. et ideo preponit se omnibus.



Qmmunicātes. post
q³ posuit cōmemorati-
onez illoz q³ salute idē-
gent. hic ponit illos q³
ad salutē adiunāt. vt
sunt sancti. Et p³mo ponit eos i ge-
nerali. Sedō in speciali. Dicit ergo
cōcantes. Et hoc cōposuit Linus
papa. Cōmunicātes. i. participātes
cuz scis in hoc q³ deū videm⁹: licet
differenter q³ nos per fidem: ipi ad
oclm. tū ex quo idē obiectū habem⁹
cū illis s³ vnū deū: ergo participā-
mus cū eis: et memoriā venerātes
id est venerāter colimus. In primis
gloriose virginis marie genitricis
dei et dñi nostri ihu xpī: sed et beatoz
apostoloz ac martyz tuoz Petri et
Pauli: vbi ponit. xij. apostolos et
xij. martyzes. Confessores autē non
ponit. cur⁹ ratio est q³ tpe quo pos-
tus est canō non celebrabat memo-
ria confessoz ita solemniter: vel ideo
ponunt martyzes: quia imitati sunt
xpm in passione. et maximū honorē
ostenderunt pro ipso morientes. q³d
non fecerūt confessores. hoc autem
sacrificiū est maximi amoris. p³o
nunt etiā aliqui martyzes minus
notabiles. quod factum est diuina

dispensatione. Nam vt dicitur dum sancti patres decessissent istos: et alios scribere vellent cras inuenerunt illos deletos aureis litteris scriptos. Unde bonuz est etiā aliquando minus sanctis reputatis reuerentiam impendere et eoz suffragia postulare: quia sicut in Eho. quibusdam scitis datū est patrocinari specialiter et in specialibus negocijs. vt beato Anthonio contra ignem etc. Preponit autē oib⁹ sanctis beata virgo maria quia ipsa est salutis nostre precipua adiutrix. et ipsa in celo primū locum tenet post dei siltum. deinde ponunt apostoli quia ipsi tradiderūt nobis formā et ritum hui⁹ sacrificij. deinde martyres qui pro illo qui est in hoc sacramento se obtulerūt hostiam vt uentes. Petimus autē hic eoz suffragium significātes qd q̄d diuini in hac vita necesse habemus eoz suffragia postulare cū ipsi xpo sint in gloria propinqui. unde possunt nobis impetrare gloriam. Post eleuationes vero petim⁹ eoz consortiū designantes p hoc qd post resurrectiones iungemur sanctoz consortio et non indigebimus suffragio. Non dirigitur autē orōnes nostras ad sanctos vt per eos impleant q̄ postulam⁹. s; vt eoz precib⁹ nostre orōnes sortiantur effectū. In quibusdā libris ponitur hic signū crucis cū dicitur munitur auxilio: sed nō h; fundamentū euz nō petim⁹ hic muniti signo crucis s; patrocinio scōz. Quomodo autē scī vidēt orōnes nras dicit hic Bern. de parātionis q̄ nō cognoscūt eas cognitiōe naturalī vel brā. s; virtute reuelationis per quam cognoscunt

scunt orationes nras vocales siue mentales. Sit etiam additio in quibusdam festiuitatib⁹: qz ibi petimus protectionē diuinā spālez. vt in natali. in epyphania. in pascha. ascensione et penthecoste. in quibus specialia dona circa nos facta recoluntur que nobis dari tūc postulam⁹. In fine autē hic non dicit amen. qz angeli respondent amen.



Petit igitur oblationē hoc addidit Leo papa anno dñi. cccc. xliij. vbi quasi cōprehēdendo oia supradicta sūmarie cōcludit. Petit ergo q̄tuor. Primo petit acceptationē oblationis. vnde dicit. Hęc igitur oblationes seruitutis nre. Et vide qre hic p̄b̄b̄ specialiter appellat se seruū: superi⁹ vero alios appellat famulos. Nō quia quislibet debet se reputare pctōrem et nō alios. Dicit autē hec oblatio seruitus qz sum⁹ empti ista oblatione iuxta illud. Empti estis p̄cio magno. S; et cūcte familie tue que tibi famulant et seruitūt vt placat⁹ accipias. h; em̄ de⁹ sit semp placat⁹. i. misericors q̄tū ē in ipso sacrificio. tñ sepe offendit ex pte ministroz qñ sūt in pctō. Sequit⁹ diesq; nros. vbi petit sed⁹ pacis. Un̄ dicit. diesq; nros in tua pace disponas. et lo q̄ nō solū de pace tps. s; etiā pectoris que est cessatio a pctis: atq; ab etna dānatiōe nos eripi vbi petit euasidēz carcerē. i. dānatiōez ppetuā. et i electoz tuoz iubeas grege nūerari vbi petit adiūtōez cū electj p̄ lesū xp̄s dñz nrs et istā p̄tēclaz sc̄tis p̄re. p̄p̄oluit. sit at appositō istī p̄ticle certj dieb⁹ vt i

Expositio quarte

resurrectiōe ⁊ penthe. Ex quo enim petimus remunerationem q̄ fit p̄ resurrectione x̄pi ⁊ sp̄s sancti missio nem. iō tūc fit additio. fm̄ alios etiam in cena dñi: quia p̄ illud sacrificii um tunc institutum dat̄ remuneratiōe iuxta illud. Qui māducat hunc panē ⁊c. Hec aut̄ d̄ba dicens sacerdos se p̄funde inclinat significās q̄ legalis sacerdos summo conam̄ne obūbrabat ne videret. vel q̄ orauit x̄ps p̄funde se inclinaōe ⁊ humiliādo aū horā passiois.

Sequitur secūda ps canonis.



Quam oblationem ⁊c. Hec est sc̄ba pars canonis in q̄ ponit sacrificij cōsecratio ⁊ habz tria dicta. Primo nā q̄ virtus cōsecrādi pet̄. Sec̄do ip̄a cōsecratio p̄ficīt ibi qui p̄dic̄. Tercio rei cōsecrate cōmemoratio exp̄mit̄ ibi. vñ et memores. Circa p̄mū p̄tino ponit sacrificij oblationem. Sec̄do oblatiōis b̄ndictiones. ibi q̄ sumus b̄ndictam. Tertio sacrificij trāsubstantiationē. ibi: vt nobis. Dicit ergo quam oblationē. i. terrenam materiā ad corpus filij tui destinatā fm̄ Guil. mantitiū. Tu deus quesumus in oibus. i. tota cogitatione. tota cognitiōe. tota mēte ⁊ toto intellectu digneris facere benedictas. i. p̄ quā hoies b̄ndicant. Ascriptam. i. p̄ quā hoies ascribunt in celo. Ratam. i. p̄ quā de visceribus x̄pi eise censent̄. Rationabilē. i. per quam a bestiali sensu exuant̄. Acceptabilem vt q̄ nobismetip̄s displicemus p̄ hanc acceptabiles vnico

filio eius simus. Ita exponit Aug. de cō. di. ij. vtrum sub figura. s̄z Inno. exponit referendo ad x̄pm. b̄ndictam. i. immunē a pctō. ascriptaz. i. scripturis p̄nūciatā ⁊ figuratam. Ratā. i. non trāstoriaz sicut verus lex. Rationabilem. i. q̄i nō peculia rem sicut erat hostia legalis q̄ non mundabat a pctō. acceptabilē contra illam de q̄ Isa. ⁊ Hier. dicunt. Obtulisti hostiā nō acceptā. Cōmuniter tū hoc refert̄ ad differentia oblationis iude. Illa em̄ traditio fuit maledicta: iō ista sit b̄ndicta. Illa autem p̄scripta vel discripta de libro viuētū. iō digneris facere ascriptam illā. Illa fuit irrita. i. iniq̄ ⁊ de testabilis. iō deus sacistā ratā. Itēz illa fuit irrationabilis: iō deus sacistaz rōnabilē. i. ratiōe plenam. vt fiat ratiōabile n̄re seruitutis obseq̄um. Ille reddidit mala p̄ bonis p̄pter qd̄ reprobatus est: sed tu deus fac hanc acceptabilem p̄ quam tibi nos reddas acceptos. S̄iunt autēz hic q̄nos signa crucis tres cōmūes sup panem ⁊ calicē simul. q̄rta autē sup panem: ⁊ q̄nta sup calicem p̄ se. Et significāt quinq̄s loca vulneruz eius. Vel fm̄ Innocentium tres significāt triginta denarios p̄ quibus venditus est x̄ps. Due autē venditiōnem ⁊ emptionem siue venditorē et venditū. Vel fm̄ Bernardum d̄ parantinis ⁊ fm̄ Guil. mantitiū significāt tria q̄ x̄ps fecit circa hoc sacramentū. Nam accepit. benedixit ⁊ dedit. Ecce tria. Et spectralit̄ fit crux sup oblatam ⁊ vna sup calicē. q̄ dixit. Hoc est em̄ corpus meū. ⁊ iterū bibite ex hoc oēs. Et sequitur: vt no

bis corpus et sanguis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri iesu xpi. Ubi petit trãssubstãtiationẽ panis in corpus xpi p hoc vbum cuz dicit fiat. Illud em est verbũ creatõis siue creatoris. Bñ. i. vbi dixit. Fiat lux. et sequit et factũ est ita. Et nõ dicit sacerdos. vt faciã corpus xpi: qz non est nisi minister huius conuertiõis. Ideo nõ in ppiã psona: s; in psona xpi dicit fiat. Dicit aut dilectissimi filij tui: qz nullus põt esse dilectus deo q̃ tũcumq; sc̃tus sicut xps. rone cuius peccata idulit. Sũt aut due cruce. vna sup panem. alia sup calicem: ad significandum q hoc sacramentũ valet ad salutẽ corporis et anime.

Sequitur ad p̃dic. Hec verba addidit alexander p̃mus. anno dñi. cxxij. Et hic p̃ficit cõsecratio. Circa quõ p̃rimo representat qd xps in cena fecit. Uñ dicit. Qui p̃uidit. i. vna die añq̃ passõ e v' vna die p̃cedere añ passio nẽ accepit panẽ. et i h' loco teris dicit g̃t sup corporale accepit sacerdos hostiã reuerent. Et dz eã tenere sub misse nõ ostendẽdo populo vel ministro ne videat aliquo mō añ cõsecratiõem. Uñ dicit. accepit panem in sc̃tas ac venerabiles manus suas et eleuat in celũ oculis ad te deum patrẽ suũ oipotentẽ. Et hic eleuat sacerdos oculos supra celũ in quo xps significat: qz oculos mentis debemus eleuare in celũ vñ veniat auxilium nobis. vt dz. ps. Quia omne bonum desursum descendit.

Sequit. B̃ras agens nõ p se sed p nra redẽptiõẽ. bñdixit et sit ibi crux sup hostiam q̃ significat q xps passus est in natura humana. s. in corpore et anima. qz dixit. Tristis e aia mea vsq; ad mortẽ. Et tõ p se bñdicitur hostiã et p se calix. Et nõ inteligas q xps benedixit. i. cruce fecit sup panem cuz virtus crucis nulla fuit ante passionẽ eius sed bñdixit. i. verba consecratiõis. s. illa. hoc est em corpus meũ. sup panem ptulit. quoz virtute vboz facta est statim bñdicta trãssubstãtatio panis in corpus xpi. vnde expone. bñdixit. i. vim bñdictionis verbis p ipm prolatis dedit vt trãssubstãtiaret panis in corpus xpi veruz. Sequit. ac fregit deditq; discipulis suis dicẽs. Accipite et comedite. Ubi scienduz q licet hic dicat q xps p̃us fregit et tũc cõsecrauit. tñ ita nõ intelligẽduz est q xps prius fregisset et tũc bñdixisset: sed q xpus post bñdictionẽ et cõuersionẽ fregit. Uñ sic construẽ litterã. Accepit panẽ et bñdixit. s. dicens hoc est em corpus meũ et tunc fregit deditq; discipulis suis dicẽs. accipite et comedite hoc est em corpus meũ. P̃rius ergo ptulit illa vba vt eis vim cõficiendi tribueret: deinde ea ptulit vt aplos formã cõficiendi doceret. Ita dicit Bull. Cõmuniter tñ dz q sel ptulit xpus illa vba. tunc scz qñ voluit dare aplis. Uñ dando eis tunc bñdixit p illa vba iam dicta. s. hoc est em corpus meũ. Itẽ dicit Bonna super Mat. Et ita per illa verba semel prolata simul confecit et formam cõficiendi dedit vt dicit Bern. de parãtintis

Expositio quarte

Uñ sensus est. bñdixit fregit deditqz
discipulis suis. ⁊ tñc dixit. hoc è em
corp⁹ meū. Et iste è verus intellect⁹.



Hoc est enim corpus me-
um. Ista est forma cō-
secratiōis venerabilis
sacri eucharistie quaz
dicens sacerdos habe-
re intentionē verā cōsecrātī corpus
xp̄i. Nō obmittat autē illā cōiunctio-
nē em. qz lz nō sit de substantia sacri
est tamen de essentia p̄cepti. vñ gra-
uiter peccaret obmittēs eam. Aliq
ho dicētes ista verba tenent hostiaz
in manibus. ita qz possit videri a cir-
cūstātib⁹: qd̄ est graue periculus
qz tunc potest adorari p̄ simplices
ante consecrationem qd̄ erit graue
pctm̄ idolatrie. Et ideo teneat eam
valde depreisse in altari ne videatur
Sit autē eleuatio hostie sacratissimi
corporis xp̄i vt ostendat oibus ob-
latā esse ad salutē turta illud. Ego
si exaltatus fuero a terra ⁊c. Secun-
do vt ex tñc populus cognoscat esse
veritatem sacramenti que nō p̄us fa-
cta est. sed modo vt iam sciat vera ci-
ter adorare deū p̄sentem. Expositio
autem istius forme verborū requira-
tur supra in tractatu de sacramētis
circa sacm̄ eucharistie. vbi sufficiē-
ter expedita est. Sequit. s̄l̄r ⁊c. vbi
ponit forma cōsecratiōis sanguinis
xp̄i. Vbi sciendum qz sacerdos vo-
lens p̄ferre ista verba debet ipsam
calicem accipere ambabus manibus
⁊ cum dicit. Bñdixit dz facere crucē
sup calicem tenendo calicē in manu
sinistra ne tactu vel impetu cadat.
Crux sup calicem significat passio-
nem xp̄i in anima vt dictū est. ⁊ etiā

nostrā salutē in anima. Et facta cru-
ce debet tenere calicem sicut p̄ius.
Et hoc facto p̄fert h̄ba cōsecratiō-
nis habēdo intētionem cōsecrandi
sanguinem xp̄i. Et si potest habere
actualē est tanto melius. Debz autē
p̄ferre h̄ba ista sine aspiratione ma-
gna. nō sicut quidā fatui faciūt fac-
ientes anhelitum magnū ac pessimū
in hostiam vel calicē: ita qz astantes
scandalizant. Uñ dicit. S̄l̄r postqz
cenatū est accipiens hunc p̄clarū ca-
licem. Et ponit h̄c cōtinēs p̄ cōte-
to. i. vinum cū aq̄ mixtū in calice ad
trās substantialiandū in sanguinē suū.
Dicit etiā hunc calicem: qz idem est
nunc q̄ fuit tñc in specte simillis q̄tū
ad materiā calicis. q̄tuz vero ad cō-
tentū xp̄i sanguinem idem est in nu-
mero nūc q̄ fuit tñc. Addit autē p̄-
clarum: qz istud sacrificiū inter oia
est p̄clarissimum. vnde. ps̄. Calix
meus inebrians q̄ p̄clarus est.
Sequitur in sanctas ac venerabi-
les manus suas: quo tempore reci-
piat sacerdos calicem in manus.
Sequitur. Item tibi gratias agens
quod referas ad illud quod dictuz
est. simili modo. ⁊ facit sicut p̄ius
agendo gratias deo patri. Sequit-
tur. Benedixit deditqz discipulis su-
is dicens. Accipite et bibite ex hoc
omnes ⁊c.



Hoc est enim calix san-
guinis mei noui ⁊ eter-
ni testamēti mysteriuz
fidei qui p̄ vobis et p̄
multis effundetur in re-
missionē peccatorū. Hoc totū est de
forma cōsecratiōis sanguinis. ⁊ ex-
ponitur. hic est calix sanguinis mei

id est hic est sanguis meus in calice
 cōtentus. noui. i. vltimi. z eterni. i. p
 petui testamēti. mysteriū fidei. i. ha
 bēs secretā z absconditā intelligen
 tiā tenendā p fidem: qz aliud videt
 z aliud iub visis speciebus firmiter
 esse creditur. qui p vobis z p mul
 tis effundet in remissionē pctōruz.
 Dicit notāter p multis. z non dicit
 p oibus. qz licet p oibus effusus ē
 q̄tuz ad sufficientiā. ita q̄ sufficiēs
 est saluare om̄s: nō tñ quātū ad effi
 caciā: qz nō om̄s efficiuntur saluati
 p ipsum. Dicit aut p vobis. q. d. iu
 deis. qz apostoli iudei erāt: z p mul
 tis. s. gētilib⁹. in remissionē pctōz. i.
 ppter remissionē peccatoz. Hīs di
 ctis eleuat sacerdos calicē vt ppls
 adozeat sciens iam ibi veraciter esse
 sanguinē xp̄i. Aliqui aut eleuant te
 ctū calicem. Aliqui discoopertū: sed
 nō est vis. Nam cooptus designat
 occultū z difficile misterii sacramē
 ti huius. discooptus aut significat
 separationē sanguinis xp̄i a suo cor
 pore tēpore passionis. Et ob hanc
 etiā causam separatim consecratur
 corpus xp̄i z sanguis: vt significā
 tio exp̄matur. vt dicit Boza super
 Math. xxvj. ca. Hec quotienscūqz
 fecerit i mei memoriā facietis. hec
 clausula quā tā cōsecratōis corpo
 ris q̄ etiā sanguinis respicit cōple
 mentū. ideo post vtrūqz est dicēda.
 Sciendū etiā q tpe eleuationis dz
 fieri a pp̄lo deuota inclinatio. vt dz
 in. c. Sane. de cele. mis. z possunt di
 ci hec vba a pp̄lo: vt dicit glo. ibi
 dem. Salue lux mūdi verbū patris
 hostia vera. viua caro. deitas inte
 gra. verus homo. Possunt etiā di

ci ista. Transsubstantiatur res iste
 in corpus z sāguinē tuū dñe ad ho
 nozem z laudē nois tui. ad remissio
 nē peccatoz z ad salutē aiāz nr̄az.
 Potest etiā tunc dici pater nr̄. zc.
 Unde z memozes dñe nos fui tui.
 vbi ponitur cōsecrate rei cōmemo
 ratio. qz enim xp̄s dixit. Hoc facite
 in meā cōmemorationē: ideo presbi
 ter dicit. Unde z memozes nos ser
 ui tui. Hoc dicūt ministri causa hu
 militatis vocātes se suos. Sz hec
 plebs tua sctā. i. p baptisimū sanctifi
 cata. eiusdez xp̄i filij tui dñi dei nr̄i
 tam btē passionis. Et hic sacerdos
 manus extēdit ad modū crucis: vt
 p illā extensionē manū suaz: extē
 sionē manū xp̄i repp̄sentet in cruce
 cōtra qd̄ tñ faciūt illi qui vix man⁹
 mouent verecūdantes manus extē
 dere in hoc loco. Sz tu miser sicut
 et ego vt qd̄ vereris tanti dñi et dei
 tui representare figurā z dispositio
 nez qua te redemit: z nō vereris cir
 ca illicitas choreas z forsan ample
 xus multēz extēdere manus pedes
 brachia atqz totū corpus z repp̄sen
 tare diaboli figurā. Sequitur. nec
 nō ab inferis resurrectionis. vbi sa
 cerdos cōtrahit ad se brachia. z sig
 nificat ab inferis resurrectionē. Se
 quitur. sed z in celos gloriose ascen
 sionis. vbi sacerdos erigit alti⁹ ma
 nus vsqz ad humeros. in signū qz
 xp̄s eleuatis manibus ferebatur in
 celum. Et ab hoc loco stringuntur
 digiti. scilz pollices z idices vtrius
 qz manus. nec disiunguntur nisi qū
 op⁹ est tāgere sacramētū. qd̄ fit ob
 reuerentiā sacramēti. ne digiti aliqd̄
 tāgāt post cōtactū corporis xp̄i. ne

Expositio quarte

etiam eis incaute aliquid cohereat
quod per disunctionem deperdat quod
esset magnū peccatū. ideo sit sacer
dos in hoc multū cautus. Sequitur.
Offerim⁹ preclare maiestati tue. i.
pre omnibus alijs clare. quod licet cor
pora sanctorum erūt clara. tū deus pre
clarior est in sua maiestate: quod ē spe
culum sine macula. Sequitur de tuis
donis: quod dicit ratione spūalius ac
datis ratione temporalitū in presen
ti. Et quid offerimus subdit hostiā
puram: quod xps concept⁹ est sine ori
ginali peccato de virgine. sanctam.
sine mortali. imactatā sine veniali.
panem sanctū vite eterne. panem vitato
ribus presentis vite pro vita eterna
consequēda preparatū: et calicē salu
tis perpetue: quod ipse est reficiens et inebrians
in patria sicut Bern. de parantinis.
Sunt autē hic quinque cruces ad
designandū quod xps in quinque sensib⁹
partiebat. vel etiam plagas et vulne
ra duas manū et duas pedū. et vna
lateris sicut Gual. Mantini. Facit
autē tres cruces super vtrūque scilicet
corpus et sanguinem. et duas per se
quālibet singulariter. scdm autē Ber.
de parantinis signant quinque effusio
nes sanguinis xpi. s. in circūcisione.
in sudore. in flagellatione. in crucifi
xione. et in lateris apertione.

Sequitur tertia pars canonis.



Supra que propicio ac
sereno vultu etc. Hic
ponitur tertia pars ca
nonis in qua ponitur
effectus sacramenti quod
est res tantū. Et sunt tres particule.
Primo petit donorum acceptatio.
Secundo diuine misericordie implora

tio ibi: supplices. tertio collatio glo
rie. ibi memēto dñe. Dicit ergo. sup
plices te rogam⁹. Ubi sacerdos cā
cellat man⁹ in modū crucis eleuan
do eas ita quod aliqūter ad ministrū p
trahi possit. et est sensus. Supplices te
rogam⁹ vt super ista dona propicio
ac sereno vultu respicere digneris.
propicio. i. accipiēdo ea tanquā tibi
gratuite placita ac sereno. i. misericor
dici iuxta illud. Illuminet vultus
suū super nos etc. Respicere digneris
.i. accepta hñe digneris. vnde seq̄t
et accepta hñe sicut accepta dignas
t⁹ es hñe mūera pueri tui iusti abel
De isto abel hñt hystoria Gen. iiii.
vbi dicit. Respexit dñs ad abel et ad
munera ei⁹. et ita fuerit duo accepta
Seq̄t et sacrificiū patriarche nostri
abrahe quod filiū suū voluit imolare.
Gen. xxi. quod reputatum est ei ad iu
sticiā. Sequitur. et quod tibi obtulit sa
cerdos tuus summ⁹ melchisedech.
De isto dicit Ber. de parantinis quod
fuit primo genitus noe quod vixit tem
porib⁹ abrahe. et iste obtulit panem
et vinū in sacrificiū gratias agens
deo pro victoria abrahe concessa su
per quinque regib⁹ per quod omnis desig
natur isti⁹ sacramenti grata deo ac
ceptabilitas. Itaque sicut abel obtulit
grata primogenita sic xps oblat⁹
est primogenit⁹ in multis fratribus
Et sicut abrahā vnicū obtulit filiū:
sic xpus vnic⁹ dei patris oblat⁹ est.
et sicut melchisedech obtulit panem
et vinū. sic xpus in pane et vino hoc
sacramentū instituit. de quo dicit. Tu
es sacerdos in eternū sicut ordinem
melchisedech. Vocat autē abel pue
rum nō a puerticia: quia fuit vir. xx.

annorum. sed a puritate Innocentie. Abrahā autē dicit patriarcha. i. pater fidei catholice: quia primus in deū credidit: et primus incarnationē precognouit Joh. viij. Vidit et gaudens est. Sctm sacrificiū immaculatā hostiam. Hoc addidit Leo papa.



Supplices hinc petis diuine grē ifusio. **U**n dicit supplices. i. humiles te rogamus oipotens deus. vbi sacdos humiliter inclinatis manibus positis sup altare: q̄ cancellatio sicut et p̄ma significat q̄ p̄ crucem et passionem petis offerre ista. **S**inistra autē supposita p̄ quā significat passio xpi. Sed dextera supra ponitur per quam xpi resurrectio designat. Sequitur iube hec p̄ferri p̄ manus sancti angeli tui q̄b̄ exponit Tho. in. iij. sentē. di. xij. non q̄ angelus ista cōsecret cū potestate nō habeat. sed oronem sacerdotis et ppli deo p̄sentat s̄m illud Apo. viij. Ascendit fumus aromatu in cōspectu dñi. i. vota vel supplicatiōes fidelium de manu angeli q̄ sunt orones sanctoruz. **E**xponit ergo. iube hec vota v̄l supplicatiōes fidelium p̄ferri p̄ manus. i. p̄ mysteria angeloz in sublimē altare. i. in eccliam triūphātem vel in plenā participatiōē deitatis q̄b̄ est sublimē altare **U**n sequitur in cōspectu diuine maiestatis tue. **U**el iube p̄ferri hec. i. eccliam militātē in sublimē altare. i. in triūphātē et hoc fac p̄ manus angeli. i. filij tui. **S**equitur. **E**t presta vt q̄rquot. i. fideles et hac altaris participatiōe r̄c. **E**t hic primo sacerdos disiungit man⁹ et oscu-

latur altare in dextera p̄te p̄ q̄b̄ representat osculum iude q̄b̄ dedit xpo cuz surrexit ab ofone. **E**t fit hoc i d̄ testatiōem ipsius iude. **S**equitur sacrosctm filij tui corpus. et hic facit crucem sup hostiā. **S**equitur et sanguinem. et hic facit aliā crucē sup calicē **S**equitur sumpserimus oī b̄ndictiōe celesti et grā repeleamur. hic signat se ante factem. **C**ruce sup hostiā designat vincula q̄bus alligatu fuit corpus xpi: **C**ruce sup calicem designat flagellum quo edunctus est sanguis de corpore. **C**ruce sup facie designat sputa in facie xpi. vel signat iste crucis q̄ xps ter orauit. vel etiā q̄ tria verba dixit in cruce p̄mū pat̄ dimitte illis. scdm̄ in manus tuas. terciū vt quid derelinquisti me.



Memento et dñe famulorum famularūq̄ tuarū vbi petis collatio glie xpmo mortuis postea viuīs. **U**n dicit. memento dñe famuloz famularūq̄ tuarū. **U**bi sciēdum q̄ h̄ q̄dam mortui sūt in celo. q̄dam in inferno et q̄dam in purgatorio: tñ q̄ nobis nō constat de singulis in sp̄ali. iō q̄si estimātes eos esse in purgatorio. oramus pro oib̄. iō dicimus **M**emento dñe r̄c. q̄ nos p̄cesserūt cū signo fidei. i. oñderūt aliq̄d signū fidei. puta habuerūt cōtritiōē vel deuotiōē decedētes. **M**ā de talibus adhuc ē spes. **E**t dormiūt i somno pacis. i. sine pctō mortali s̄m Berni. de parantinis. **E**t debet hic fieri memoria eodem modo sicut supra. **P**rima pillis p̄ q̄bus specialiter missa legitur vel q̄ in speciali memoria sunt tibi cōmē-

Expositio quarte

dati. Scdo p parentibus mortuis
 Tertio p benefactoribus. Quarto
 pro omnibus fidelibus defunctis.
 Ho aut p inimicis fm quosda. Et
 hoc dico de illis d qbus certu est q
 non recociliati decesserut. Quia p
 illis nominatim non est orandu im-
 mo nec generalit nisi sub condicione
 inqum sunt susceptibiles suffragij.
 Sequit secunda memoria. Ipts et
 oibus in xpo redescendentibus .i. in fi-
 de xpi descendentibus locu refrigerij lu-
 cis et pacis vt indulgeas deprecamur
 Et no est opus dicere ipsis dne: qz
 pmittit pus. memeto dne. Un illud
 qd seqtur. .i. indulgeas refertur ad il-
 lud dne. aliter vnu illoru supflueret
 Et dicit locu refrigerij. Un regnu
 celoru dicit locus refrigerij respectu
 purgatorij q est locus ardoris ma-
 ximi et caloris: qz fm Aug. ibi est pe-
 na maior qz aliq que pot excogitari
 in mundo. Dicit etiaz locu lucis qz
 purgatoriu est locus obscuritatis.
 Dicit etiam locum pacis qz purga-
 toriu est locus inquietudinis qz nu-
 qz aie habet pacem: nec quiete. non
 sicut qdam fingut dicetes eos ferta
 scda quiescere aliq vero dnico die q
 omnia sunt frivola ac ifana et sacris
 scripturis contraria. Sequitur. Ho-
 bis quoq peccatoribus vbi petit
 glorie collatione visuis. Primo em
 petit collatione eiusdem glorie. Se-
 cundo glorie societate cum sanctis
 apostolis. Tertio ponit mediatorē
 p quem hoc exequi postulat dicens
 p dnm rē. Circa primum nota q sa-
 cerdos dices ista verba eleuata mo-
 dicum voce tundit pectus suum p
 quod interrumpit silentium. signifi-

cans p hoc confessionem et contrit-
 onem latronis penitentis in cruce.
 q increpans alium dixit. Nos qui-
 dem. .i. rāq peccatores digna factis
 recipimus. Unde sacerdos dicit no-
 bis quoq peccatoribus famulis tu-
 is de multitudine miserationū tua-
 rū sperantibus. .i. sicut ille latro spe-
 ravit. Percussio autē pectoris sig-
 nificat illam tunctionē pectoris illo-
 rum q aderant ad spectaculum pas-
 sionis xpi et percutientes pectora re-
 uertebantur in hierlm. Exaltatio
 vero crucis significat clamorem cē-
 turidōis dicētis. Vere filius dei erat
 iste. Sequitur partem aliquam et so-
 cietatem. donare digneris. Licet tñ
 deus sit simplex non hīs ptes tñ di-
 cit pte aliquam. ppter hoc qz qlibet
 fm meritum habebit diuine faciet
 visionē. ita q vnus alio pfectius vs
 debet deum: vel qz scī videbūt deuz
 totum. non tñ totaliter. .i. nō fm om-
 nes modos quibus est visibilis: qz
 est infinitus: et cū cōprehendi nō pot
 sit ergo qsi partes dabit nobis. To-
 talit aut nō est cōprehensibilis deus
 nisi filio suo qui est in sinu suo vt dē
 Joh. primo Sequitur. cū Johē fm
 Bern. de parantinis. .i. Johē bapti-
 sta. Et presert stephano. nec miruz:
 qz et apl's presert. Ad idigitur stepha-
 no: qz isti duo erant pmi martyres
 noui testamēti Inno. tñ dicit q hic
 repetitur Johes euāgelista ppter p-
 uilegium virginitatis. quia virgines
 sequuntur agnuz quo cūqz terit. An-
 te vero psecratione ponit ppter pri-
 uilegium apostolatus. Sed credit
 Bern. q melius intelligat de bapti-
 sta q ppter excellentiam singularitō

 glo. magna. vbi q̄rit an oꝛones ma
 loꝝ p̄sint his p quibus ozant. Et
 vñ q̄ sic. nisi sciēter malū eligerent.
 Ad hoc etiā facit qđ scribit *Arch.*
iiij. q. viij. in grauiorib. Facit etiā
 ad hoc expresse glo. *xlix. di. c. j.* vbi
 vñ q̄ si ex certa scientia malus eligi
 tur a pplo: ⁊ sit cōformis eoz mori
 bus. nocet subditis. als spūsc̄tus
 eque p malū sicut p bonū operatur
 remissionē pctōrū. vt. *j. q. j.* Si fue
 rit. argu. ad hoc. *vj. q. j. ex merito.*
viiij. q. j. audacter. Vñ illud dictum
Breg. in pastorali q̄ dicit. *Lūm is*
q̄ displicet ad intercedendū mittit
irani animus ad deteriora puocat.
xlix. di. ca. j. sic intellige fm *Arch.*
 ad deteriora puocat. s. cōtra euz q̄
 mittit: nō cōtra eū q̄ mittit: nisi sciē
 ter mittat indignus. Et sic hoc vi
 detur intelligere *Hugo. Laurenti*
 ⁊ *Johes.* maxime qñ sciēter ordina
 tur indignus: aut p̄tentatur ad ordi
 nes vel beneficiū. *His em̄ modis a*
liquis mittit ad intercedendū p po
pulo. Itē querit an hore canonicē
 legēde sunt alta voce vt ab alijs au
 diatur: vel potius submissa vt a so
 lo deo audiant. *Rūdeo fm Jo. an.*
in dicta glo. magna. q̄ licet de^o ag
 noscat cordis deuotionē: nō tñ fru
 stra vox adiūgitur. vnde dicit theo
 logi q̄ oꝛo que fit p ministros eccle
 sie. i. psbiteros q̄lis est i horis cano
 nicis. id fit vocalit ⁊ exp̄sse: qz talis
 orat i psona toti^o eccleie ac ppli. vñ
 vt pplo inotescat q̄ p eo orat sacer
 dos merito fit exp̄sse ⁊ vocalit oꝛo.
 tñ nō est sic de illa que priuate fit p

De modo dicendi

alio. De necessitate adiungit tamē
vox p̄me ad excitandū Inferiorē de
uotionē. verbis enim ⁊ signis nos
metip̄os interi⁹ excitam⁹ ad sc̄m
desideriū augendū. vt dicit beatus
august. ad pbaz q̄ fuit vxor adarisi
p̄cōsulis. vt dicit fido. li. v. viroz
illustriū. Sc̄do ad redditiōē debi
ti: vt. s. seruiat deo orans fm se totū
in corde ⁊ corpore. de cōse. di. v. nū
quid. Tertio ex quadā redūdantia
ab' aīa in corpus ex vehemēti affe
ctione. Vñ psalmista psal. xv. Le
tatū est cor meū: ⁊ exultauit lingua
mea ⁊c. Et tūc querit an accoliti te
nent dicere septē psalmos. Rūdet
fm Paulū aluoz ratispan. ep̄m in
tractatu suo de heresi q̄ sic. Lulus
rō precipue inter ceteras ē: quia ex
quo dicuntur clerici a clerico qd̄ est
fors qz in sorte ⁊ in partē dñi sūt vo
cati. rōnabile videt vt dicant aliqd̄
ratione sui officij. Hoc tñ depēdet
ad cōsuetudinē an singulis diebus
an tñ festiuis dicere debeat. Est tñ
consonū rōni qz qui nō studēt in sco
lis aut studijs: vt singulis diebus
orent septē psalmos. iuxta illud am
brosij: qz semp pecco debeo semper
habere medicinā. de cōse. di. ij. in fi
ne. Itē querit an sacerdos teneat
ad horas btē virginis marie? Rū
deo fm eundē vbi s̄ qz sic. licet non
de iure tñ de optima cōsuetudine q̄
iam p lege putāda ē. vt dicit Aug.
ad cōsulariū psbiterū. xij. di. in his
rebus. vñ in hoc casu nō valet illoz
excusatio q̄ dicit qz hore btē virgi
nis nō precipiūtur p aliquā consti
tutionē autēticam ecclesie vniuersa
lis. nec p sacrā scripturā. ergo sunt

in bñplacito. Quib⁹ respondendū
est qz multa sūt in ecclesia dei que
nō sunt de institutiōe eccleie vel pre
cepto scripture: sed ex solo cōsuetu
dinis v̄sū ātīquo: que p̄mitti nul
lo modo debēt sine periclo salutis.
vt signatio crucis q̄ fideles signāt.
Vba plura orōnis sup panē ⁊ sup ca
licē. bñdictio fontis. trina vnctio o
lei illoz quos baptisam⁹. q̄ oīa vt
dicit Aug. xj. di. ecclesiasticaz. ob
seruata sunt reuerēter a patrib⁹ ma
gis silentio q̄ publicata scripto. vt
dicit Paulus d leazaris. Stepha
nus puincialis gētinus in cle. gra
ui. de cele. mil. qz vbi est cōsuetudo
qz plati ⁊ maiores ecclīaz dicūt ho
ras btē virginis obmittentes eas
peccāt mortalit. nisi subit causa rō
nabilis. An autē iste hore debent di
ci in festis btē virginis. ex quo tunc
totū officiū est de btē virgine. Dicē
dum est qz ibi recurrendū est ad cō
suetudinē cathedralis ecclesie. Itā
in quibusdā ecclesijs dicūtur nō ob
stāte officio solēnitatis. i quibusdā
nō. Et sic statur cōsuetudinē ecclīe
cathedralis q̄ est mater omnīū infe
riorū: a qua nō licet discedere. xij. di.
nō dicit. Itē querit an om̄s sacer
dotes teneantur ad vigilias mortuo
rū. Rūdeo fm vvilhelmū qz curati
teneantur ad vigilias mortuoꝝ ordi
narias iuxta cōsuetudinem ecclesie
cathedralis. vbi est cōsuetudo qz ma
iores plati dicāt vigilias singulis
dieb⁹ quadragesime. in aduētū. et i
vigilijs aploꝝ. debēt etiā ipsi cura
ti dicere vbiqz sint siue circa ec
clesias ppas siue in studijs. Verū
tamen ad extraordinarias nō tenē

tur fm spm curati in studijs existētes aut alij beneficiati. Extraordi-
narie vocātur q̄ dicūtur specialiter
p̄ aia cuiuslibet defuncti. ad quas
dicēdas solū illi astringūtur q̄ circa
ecclesias sunt p̄sentes. similiter qui
in illis sunt in anniuerfarijs defun-
ctorū. Unde vlteri⁹ querit an ali-
quis dicēdo horas de sanctis v̄l de
martyrib⁹ quādo dicende essent de
feria peccet mortaliter: R̄spondeo licz
fz yvillhelmū nō refert p̄ quos psal-
mos laudet deus. tñ determinatio
ecclie maioris est sequēda. Itā fm
cōsuetudinē ecclie maioris iustū est
v̄t vniūq̄q̄ inde sumat regulas ma-
gisterij vnde honoris p̄secrationez
accepit. xij. di. de his. Et b̄t̄is Ber-
nardus dicit. Sp̄s sanct⁹ illas ho-
ras gratas nō recipit qui q̄si aliud
q̄s debes neglecto eo qd̄ debes ob-
tuleris. Unde istud viciū reprobat
expresse de cōse. di. v. in die. vbi di-
cit Greg. septimus q̄ illi qui in die
bus quotidianis tres tñ modo le-
ctōnes legūt nō ex regula sc̄tōz pa-
trū: sed ex fastidio ⁊ negligētia pb̄a-
tur hoc facere. hec ibi. Itē querit
de illis qui dicūt nouas hystorias
nō approbatas p̄ ep̄m: R̄spondeo q̄
peccat mortalit̄ fm Bern. sup Lā-
ti. smone. xxvj. vbi dicit q̄ quicqd̄
sine voluntate supioris fit vane glo-
rie deputabitur nō mercedi. Ep̄us
tñ potest inducere cōsuetudinē no-
uaz in ecclesia sua quo ad officia ce-
lebrāda. xij. di. nouit. ⁊ de cōse. dist.
iij. c. j. Et exp̄sse i glo. xcj. di. Eleu-
theri⁹. super ver. vigilijs. quod sic
intelligitur fm archi. ibidem q̄ ep̄i
in his que circa solemnitatē ecclesie

tantum consistunt que cōsuetudine
nō precepto maiorū sūt introducta
mutare possunt: et statuere vt dicit
Jacobus de alberga. Statutum tñ
ab ep̄iscopis vel sanctis patribus
nō possunt immutare. hec ibidem.

Item queritur qd̄ de illis qui ob-
mittūt dicere suffragia sc̄tōz: Re-
spondeo q̄ peccat si hoc faciunt cō-
tra cōsuetudinē ecclesie cathedra-
lis. vt supra dictū est fm dñs Paulū
aluoꝝ. quia contemptores lauda-
bilis cōsuetudinis sicut et legis pu-
niuntur. di. xj. In his. Et hoc si fa-
ciūt ex negligentia affectata: qz nō
curant. vel vt citius percurrant ho-
ras ⁊ vacent potibus vel ocio rē.
Sed quid de illo q̄ prius orauit cō-
pletōziū q̄s vesp̄as rē. vtrū teneat
redicere vero modo. R̄spondeo sc̄dm
dñm Paulū vbi supra: q̄ nō tenet:
sed caute implebit vesp̄as quas
in caute obmisit. et penitebit de neg-
ligentia. Itē queritur an dicere p̄-
noster ante horas ⁊ post sit precep-
tum. R̄spondeo q̄ hoc post horas ex-
p̄sse p̄cepit in cōcilio gerundenē.
de cōse. di. v. c. id semper vbi sic d̄r.
Illud semper placuit obseruari. vt
omnibus diebus post matutinas ⁊
vespas oratio dñica a sacerdote p̄-
feratur. Ante vero horas dicere pa-
ter noster. licet nō appareat esse pre-
ceptū scriptū. apparet tamen licitū
dignū et iustū. Itā prius inuocā-
dus est omniū reiū pater quo p̄ter-
misso nullū rite bonuz fundatur ex-
ordium. vt dicit Boetius in de con-
so. phie. lib. iij. Rationabile autem
est vt prius oratio illa p̄cedat quaz
auctor salutis dictauit et instituit. q̄s

Cautele in dicendis

Ille quas sancti patres postea dicta uerunt. Itē expedit prius petere ea que sūt magis necessaria ⁊ uilia ad salutem q̄ que sunt minus necessaria. Magis autē necessaria sunt que ponunt in dominica oratione ⁊ uilia q̄ que ponuntur in alijs. cuz ibi summa totius salutis ⁊ perfectiōis consistat. Petim⁹ em̄ ibi sanctificari nomen dei in nobis ⁊ aduenire regnum celozū. qđ primo esse querendū saluator docuit ⁊ habet Math. vi. Item concilium est ut illa oratio premittat que disponit homines et aptum reddit humiliando ad effectum orationis consequendū. h̄mōi autē est oratio dominica. in qua petimus dimitti nobis debita nostraz a malo liberari. quib⁹ nondū expectis orationis effectus frustrare nisi em̄ nobis prius debita dimitterent ⁊ a malo culpe liberaremur nullaten⁹ aliquid impetrarem⁹ cū dicitur Joh. ix. Deus peccatores non exaudit ⁊ ps. Peccatori dicit deus quare tu enarras iusticias meas. et assumis testamētū meū per os tuū. Adiūgitur etiam Aue maria in principio horarum: qz dignū est ut illaz salutemus in principio nostri operis per quā salus nostra exordiiū sumpserit. Dicit em̄ Bern⁹. qz de⁹ nihil nos uult habere salutis qđ p man⁹ marie nō transiret. Aliqui uero incipiūt horas per illū versiculū. Scti spūs assistit nobis gratia. Sed non est uis Ego incipio per aue maria ista ratione quia nec gratiam spiritus sancti me posse obtinere puto sine marie suffragio. Ideoqz ad eam primo recurro: quia impetrare nisi per eaz

melius non dubito.

Cautele in dicendis horis canonicis seruande.



Equit cautele circa horas canonicas obseruade. Et primo septem impedimenta quibus frustratur effectus orationū. De quib⁹ habet i cle. graui. de cele. miss. *Caueat ergo quilibet ne legat transcurrendo siue sincopando sicut aliqui faciūt dicentes. Dixit domin⁹ a dextris meis aut extra nea: aut prophana colloquia intermiscendo: qz dicit. Franciscus ueriteley. Friuola qui profert duz sacra presbiter offerit. Lectio sacra di nō deputatur ei. Tarde ad choyz uenēdo ante finem officij sine causa excessu. aues in horis portando seu uenaticos canes. sine tonsura uel ueste competentis horis interessendo. Et hoc est contra cāpanatores: crispatos: comatos: manicatos ministrantes celebrantibus presbiteris q̄ grauius peccāt: ut patz vbi supra. Scdo caueat horas canonicas cantās ne lasciuos ⁊ dissolutos cantus ibi per sonet. sicut quidam theatrales. i. secularium choyzarū cantilenas confictis modulationib⁹ spūalium consonantiarū discantssant. Contra quos est ap̄ls ad Eph. v. dicens. Cantantes ⁊ psallentes in cordibus uestris dño vbi dicit Hiero. ⁊ ponitur. xcij. dist. c. Cantantes vbi dicit. Audiāt hec adolescentuli. audiāt ibi quib⁹ in ecclesia est psallendi officiū deo nō voce sed corde cantandū: nec in tragediarum modum guttur ⁊ fauces medicamine limēde sunt: ut i eccles*

ſia theatrales moduli audiantur. et cantica. ⁊ Greg. dat huius rationes dicens. xciij. diſtinctione. cap. in ſancta vbi dicitur plerumq; ſit vt in ſacro miniſterio dum blanda vox que ritur congrua vita negligatur. Et cantoz miniſter deum moribus ſtimulet: cum pplm vocibus delectat. Hoc etiam prohibetur de cele. miſ. in cle. j. vbi a cantilenis prohibet abſtinere pro quo facit. xxviij. diſt. preſbiterum. ⁊ de conſe. diſt. v. non oportet. Et. xxvij. diſt. ca. ij. hodie prouiſum eſt hoc optime per Job. xxij. in etrauaganti que incipit. dicta ſancitorum patrum decreuit auctoritas: in qua reprobatur cantu cantilenarum in triplis et mutetis vulgaribus infra ſolennia miſſarum ⁊ horarum canonicarum. Et precipit tales ſuſpendi ab officio per octo dies. Permittit tamen dieb⁹ celebribus ⁊ feſtiuis in miſſa et in diuinis officijs aliquas fieri conſolationes. videlicet conſonantias: q̄ melodiam faciunt infra octauam quarte ⁊ quinte ⁊ hmoi ſuper eccleſiaſticum officium et cantu ſimplicem. ita tamen q̄ ipſi integritas illibata permaneat. hec ibi. Tertio caueat ne incongrue verba taz in horis q̄ in alijs diuinis ſiue cantando ſiue dicendo ſubmiſſe pferat hoc em multu ſcandalizat audientes. et licet hoc omnib⁹ clericis generalit^r ſit cauendu: tamen ab ipſis canonicis ⁊ prelatis eccleſiarum cathedralium maxime eſt vitanduz. Tales arguit Caſſio. ſuper illud ps. xlvj. pſalite ſapienter: dicens. Nemo ſapienter facit qd no intelligit. Signu aut non intelligentie eſt incongruitas. vñ

credit ſtephan⁹ ſcribens ſuper cle. ne in agro. de ſtatu monachorum. q̄ ignorantia grammatice q̄ maxime in incongruitate conſiſtit repellit que a canonicatu eccleſie cathedralis. Ar. xxiiij. diſt. qn. ⁊ de eta. ⁊ quali. c. ſi. de conſan. ⁊ aſſi. ca. j. et de reſcri. ca. ſtatutu. li. vj. ⁊ ca. j. ⁊ ca. ſi. ſi corpoze. li. vj. vbi probat hoc per arg. Quarto caueat cleric⁹ orans ne in horis reſumet vnu ⁊ idem verbu plures: q̄ dicit Eccl. vij. ne iteres verbu in oratione tua. Contra qd faciunt quidam dicentes pater noſter pater noſter q̄ ſexies aut ſepties. Et no dico ſepties tantu: ſed etiam ſeptuagesies ſepties. q̄ iterantia procedit ex inaduertentia. ex inaduertentia ac mentis diſtractione: q̄ vñ alia cogitant in vno verbo linguam tandiu figunt donec cogitationes pertranſibunt: ⁊ hi pot⁹ irritant deu q̄ orant. Haz dicit Seneca. Perturbat mentem auditoris qd ſepe dicit vna ſex et eadem voce: immo quodammodo in hoc de⁹ blaſphemat vñ p hoc videt ſemel dictu no audire vel intelligere: niſi ſept⁹ et reſumat. cu tn dicatur. Scit em pater veſter celeſtis q̄bus indigetis. Math. vj. Videat q̄ libet taz cleric⁹ q̄ laycus vt in oratione ſtet vel ſedeat quiet⁹. aut ſlectat de uotus manus leuando. pect⁹ tudeo. ſuſpirando. ⁊ ſurſum inſpiciedo Iſti em ſunt modi orandi in ſcripturis ſctis approbati. Haz dr in ps. Staſtes erant pedes noſtri. et Math. xj. Cu ſtabitis ad orandu diſmittite etc. Sic martha ſtetit ⁊ ait ad xp̄s. Dne non eſt tibi cure. etc. Lu. x. Sic leproſus genu flexit: ⁊ ipetrauit curatioez

*ynocentia gra
mabia Repe
ſit que acta
nomi ca tu.*

*modi orandi
in ſcripturis
ſacris approbati*

De sententia.

Mar. j. ydropicus stans ante xpm
obtinuit sanitatem. Lu. xiiij. De se
dendo. Mat. xxvj. dicit vbi xps dixit
aplis. Sedete hic. et sequitur. et orate
ne intretis tentationem. Idem Mar.
xiiij. dicit quiete dicit Mar. vj. Lu. ozaue
ris intra in cubiculum tuum. et clauso
ostio ora. Cubiculum autem est locus que
tis et locus pacis. De flexura dicit de
leproso. pedes adoravit. Lu. v. quod
vtriusq; flectere est necessarium sicut Pau
lus dicit se dicit. Flecto genua mea ad
deum pro vobis Eph. iij. Et idem de
scto stephano qui positus genibus ora
bat Actu. vij. De elevatione manuum
habet Exo. xvij. vbi moyses eleua
tis manibus oravit. Et dicit. Eleua
tio manuum mearum sacrificium vesp
tinum. ps. cxi. De tunctione pectoris
habet Luc. xviii. vbi publicanus pro
cutiens pectora orabat. De suspira
tione Joh. xj. vbi xps infremuit spi
ritu et turbavit seipsum volens lazarus
suscitare. De sursum inspicendo dicit
Joh. xj. vbi xpi suspiciens in celum dixit
pro gratias tibi ago quoniam exaudisti me.

De excommunicatione.



Si quis ecclesiam non au
dierit sit tibi sicut ethni
cus et publicanus mar.
xviii. et xxxiii. q. j. oib.
b. Quoniam ut ait doctor
subtilis. i. iij. sen. di. xix. q. j. ar. v. In
ecclesia est duplex forus. vnum secretissimu
m idem idem est accusator et reus et ad
istud pertinent claves ecclesie. Aliud
est forus publicum in quo hanc ecclesia aucto
ritate corrigendi publica debita. Et
talis auctoritas cognoscendi in cau
sa et sententiandi publice quodammodo pot

etiam dicit clausus. Prima dicit clausus
ordinis. Secunda clausus iurisdictionis
ad quam quodam clausus iurisdictionis
pertinere videtur dictum nisi saluatoris
supra premissum si quis ecclesiam non
audierit sit tibi sicut ethnicus. id est ex
communicatus et gentilis. et publicanus
id est. ut publicus peccator vitae. Per eccle
siam autem intelligit platus ecclesie ut
exponit Beda et Hylarius. cuius. s.
plati lata est sententia. sicut statim ibidem
dicit saluator. Amen dico vobis quod
cumque ligaueritis super terram erit ligatu
rum et in celis secundum Hylarium talis sententia iu
dicio diuino approbat. Consonant
autem ista iurisdictione tam xps quam apo
stoli exercuerunt. Nam dominus mulierem
deprehensam in adulterio per sententiam
oboluit dicens. Nemo te condempnit
mulier. quod ait. nemo domine. et ipse subiun
xit nec ego te condempnabo. Joh. viii.
Sicut autem tunc absoluit eam: ita potu
isset condempnare eam. De petro qui legit
quod publice ananiam et saphiram ad mor
tem sententiauit: ut dicit Act. v. De pau
lo etiam legit quod Corinthium fornicantem
publice excommunicauit ut dicit. i.
I Cor. v. Item. i. ad Thimo. i. Hyme
neum et Alexandrum tradidit sa
thane propter blasphemiam. Idem
etiam prohibet communicare nos
torum peccatoribus. i. I Cor. v. et ij.
Thes. iij. et ij. Thimote. iij. facit
vitare Alexandrum erarium. Item
ad Tytum. iij. hereticum post alte
ram monitionem facit vitare. Idem
quod dicit ad Gal. j. scribens ait. Si an
gelus vobis de celo aliud euangeli
zauerit preterquam quod euangelizauimus
vobis anathema sit. sic et anathema te
net contra angelum et contra homines. Denique

Jo. Chozinthū hereticū publice ex-
 cōmunicauit: ⁊ vitare p̄cepit. que
 om̄ia arguūt hereticorū modernorū
 veritatis q̄ eccle. detrahentes dicūt
 eaz non habere auctoritatē excōicā
 di: ſuſpendendi: ⁊ interdicēdi: ⁊ p̄ cō-
 ſequens dogmatizāt nō eſſe curan-
 das eccleſiaſticas cenſuras: cū tamē
 dicat Criftoſt. xj. q. iij. ca. nemo cōrē
 nat vīncla eccle. nō em̄ homo eſt q̄
 ligat ſed xp̄s q̄ hanc poteſtatē dedit
 et dñs fecit hoies eſſe tanti honoris
 Circa igit̄ p̄ſecutionem hui⁹ mate-
 rie breuiter de trib⁹ principalib⁹ eſt
 cōſiderandū primo q̄dem de excōi-
 catioe. ſecūdo de ſuſpenſioe. tertio ⁊
 vltimo de Interdicto. Eſt aut̄ excōi-
 catio a q̄libet licita cōſone et legit-
 mo actu ſeparatio. xj. q. iij. euident̄
 Alibi em̄ vocat̄ eterne mortis dāna-
 tio. xj. q. iij. nemo ep̄ſcopoz. Alibi
 em̄ d̄r aie ⁊ corporis detrimentū. ij.
 q. j. de manifeſta. Item deſicit de ec-
 cleſia ⁊ tradit diaboloz. xj. q. iij. aud̄
 Et breuiter excōicatio q̄ dicit̄ alio
 noie anathema nō ē niſi a deo ſepa-
 tio. xxiiij. q. iij. Tertio ē. et hoc ē ma-
 gna pena. Itaz qñ q̄s excōmunicat̄
 ſtatim mēbrū dei eſſe deſinit ⁊ ic̄pit
 eſſe mēbrū diaboli. xj. q. iij. excel-
 lentiffimus. Moroz vt ab eccleſia re-
 pellitur rapido ore demonū deuora-
 tur. xj. q. iij. abſit. Sunt autem due
 ſpēs excōicatiois. vna que ſeparat
 a ſacramētis eccleſie ⁊ a participa-
 tione fidelīz ⁊ ab ingreſſu eccle. Et
 hec d̄r maior ſeu anathema. Alia ē
 que ſeparat ſolū a ſacramētis: vt eſt
 quodlibet pct̄m mortale. Et hec d̄i-
 citur minor. de vtraq; d̄ſctur. iij. q.
 iij. engeltrudā. A prima non abſol-

uunt ſimplices ſacerdotes: ſed a ſes-
 cunda in caſibus tantū ip̄is permis-
 ſis a iure. vnde ſciendū q̄ quattuoz
 ſunt genera excōicatoruz: vt colligi-
 tur. xi. q. iij. ad menſam. Primo qñ
 q̄s peccat ⁊ deus facit̄ ab eo. ſc̄do
 qñ quis de conſilio ſacerdotis abſti-
 net ab euchariftia. Tertio qñ quis
 eſt excōicatus minori excōicatione
 vt quia cōicauit excōicato in locuti-
 one vel cōmiſit ſacrilegium vel eſt ſy-
 moniacus. Quarto qñ quis eſt ex-
 cōicatus excōmunicatione maiorē
 et tūc proprie dicitur excōicatus et
 etiam vitandus ſm̄ Joſhem de deo
 qui ita notauit in predicto canone.
 ad menſam. ⁊ archi. ibidem poſt eū.
 Circa iſtam materiam eſt videndū
 de quattuoz. Primo q̄ ſint caſus in
 quibus q̄s ip̄lo facto incidit i ſniaz
 excōicationis a iure. Sc̄do quis ſit
 effectus excōicationis. Tertio in q̄
 bus caſibus participās excōicatis
 incidit in eandē ſniam excōicatiois.
 Et in quibus permittit̄ quis parti-
 cipare licite excōicato. Quarto de
 forma ſerendi ſniam excōicationis.
 Et impendende abſolutionis. De
 primo ſciendū q̄ qui quaginta ſunt
 caſus in quib⁹ ip̄lo facto quis ſentē-
 tiam excōicatiois incidit q̄s bñ enu-
 merat. Jo. an. in. c. eos q̄. de ſen. ex.
 li. vj. in glo. iij. Et eodē ti. in. de. in.
 j. glo. Et ſciendū q̄ prim⁹ eſt qñ q̄s
 incidit heretiſm dānatā. vt. iij. q. iij.
 c. ij. ⁊ iij. aut q̄ nouā heretiſm fingit.
 de here. ad abolendā eſt ſic excōicas-
 tus. ⁊ ſiſt̄ credēs hereticis vel eos re-
 ceptās: aut eis ſauens. de hereti. ſi-
 cut ait. Secūdus cum q̄s aſſerit ro-
 mam eccleſiam non eſſe capnt om̄

nis: nec et tanq̄ capti obediendū.
 di. xix. nulli phas. vnde hodie diffi-
 nitum habet̄ ⁊ declaratū per Boni-
 faciuꝝ octauū q̄ subesse romano pō-
 tifici om̄i humane creature est de ne-
 cessitate salutis. vt patet i sua extra-
 uaganti que incipit vnam sanctam.
 Tertius casus q̄ rectores ciuitatis
 faciūt exactiones indebitas in cle-
 ricos ⁊ admoniti non desistunt: vt
 de emunitate eccliarū. non minus.
 Quartus casus est. cū quis non ele-
 ctus a duab⁹ partib⁹ cardinaliū ge-
 rit se pro papa de elec. licet. Quint⁹
 cū quis magister scolariū tractat cū
 aliquo ciue bononie de conductioe
 hospicii irrequisitis inq̄lis nisi t̄ps
 fuerit elapsū vt de locato ⁊ cōduc-
 to ex rescripto. Sext⁹ cū monachi:
 canonici regulares: archidiaconi
 prepositi: plebani: cōtores: ⁊ alij cle-
 rici personat⁹ habētes aut etiam q̄
 cunq̄ presbiteri audiūt leges ⁊ phi-
 sicam. ne clerici vel monachi ⁊c. cū
 magn. o. ⁊. c. super specula. Secus si
 habēt t̄m eccliam parrochialem et
 non sunt presbiteri nec clerici vel mo-
 nachi ⁊c. statutū. lib. vj. Septimus
 cuz quis participat cū excoicatio in
 crimine. propter qd̄ excoimunicatur
 dando ei consiliū auxiliū vel fauorē
 de sen. ex. si cōcubine. Octauus sta-
 tuentes statuta p̄ta libertatez eccle-
 sie. tam consules q̄ corū scriptores
 de sen. ex. nouerint. ⁊. ca. grauē. Ho-
 nus qui vtunt̄ ordinationib⁹ a scis-
 maticis factis de scismaticis. ca. j.
 Decimus quicūq̄ loquit̄ secrete vel
 mittit scripturas vel nūcium alicui
 cardinali q̄ sunt reclusi occasione
 electionis pape: vt de electione. vbi

periculum. lib. vj. Et idem de d̄f̄is
 rectorib⁹ et officialibus ciuitatis q̄
 imminente ipsa electione non seruaues-
 rint ipsam constitutionē. Undecim⁹
 de his qui grauāt aliquos qui cum
 pro vno rogabant eligere noluerūt.
 de elec. sciant cuncti lib. vj. Duodes-
 cimus de rectoribus ad regimē vs-
 bis romane electis ⁊ de fautoribus
 qui fecerūt contra cōstitutionem su-
 per hoc factā vt de elec. fundata lib.
 vj. Tredecimus de his q̄ vocant̄ ad
 dirigendas moniales in electioib⁹
 nisi abstineāt ab his per q̄ possit in
 eis discordia oriri vel nutrirī: vt de
 electione indēnitatib⁹. Decimusq̄r-
 tus de his qui procurant conferuas-
 tores dari: ⁊ intromittūt se de his q̄
 non licent de om̄i. dele. statuimus li.
 vj. Decimusquint⁹ de his q̄ absolu-
 tionez de aliqua excoicatioe vel re-
 uocatione eius: aut etiam suspensio-
 nis vel interdicti extorquet̄ per vim
 aut per metum. Itam hec absolutio
 nō valet ⁊ incurrit̄ noua excoicatio
 vt de his q̄ vi metus ve causa fiunt.
 ca. vnico. li. vj. Decimus sextus qui
 fingit fraudulenter aliquez casum p̄
 quem aliqs iudex vadat ad aliquaz
 mulierem pro testimonio: vt de iudi-
 cijs mulieres. Decimus septim⁹ de
 his q̄ p̄latoz vel capitula vel alias
 p̄sonas ecclesiasticas cōpellūt ad sub-
 mittendū laicis vel alienādū bona
 imobilia eccliaz. Et sicut laici q̄ vsur-
 pant sibi h̄mōi illicite: nisi admoni-
 ti destiterint. de rez alienatione hac
 cōsultissima li. vj. Decimus octau⁹:
 q̄cūq̄ in p̄sonis ecclesiasticis vel eccle-
 sijs per se vel per alium suo nomine
 vel alieno pro p̄sonis vel rebus q̄s

nō causa negotationis deferūt vel
 deferri faciūt seu transmittūt exigūt
 aliquod pedaguz. de censibus q̄q̄
 li. vj. Decimus nonus de his qui im
 pediūt iudiciū delegati vel cuiuscūq̄
 q̄ iudicis ecclesiastici de imunitate
 ecclesiaruz. qm̄. Vigésimus de his
 qui iubēt subditis suis ne personis
 ecclesiasticis vendant aliquod bla
 dum vel similia de imu. ec. ca. si. lib.
 vj. Vigésimus prim⁹ de religiosis
 qui habitū sue religionis dimittunt
 vel qui accedūt ad studium sine licē
 tia suā ipsi vel conuent⁹ vel qui co
 raz talibus legit scienter qui dimise
 runt habituz ne clerici vel monachi
 rē. Nec periculo fo. li. vj. et sicut re
 citat Jo. an. in nouella super regla
 li. vj. referens Guill. de lata petri dis
 putasse de monacho q̄ bene defert
 habitum monachalem sed opertuz
 habitu clericali q̄ sit apostata. Q̄
 hodie videt appobatum de vita et
 ho. de. qm̄ in p̄cepto i cle. in d. a re
 ligiosis. que oīa vera sunt fm̄ Joh.
 an. qm̄ monachus iustā causam trās
 formattonis nō allegat. Vigésimus
 secund⁹ qui hereticos seu fautores.
 credentes. receptatores vel defenso
 res eorum scienter tradiderint eccle
 siastice sepulture. de here. q̄cunq̄ li.
 vj. Nec tales debent absolui nisi pri
 us tales sepultum propriis manib⁹
 extumulent. Idez de illis laicis qui
 publice vel priuatim de fide catholi
 ca disputant: vt dicit ibidem. Dicit
 tamen. Joh. an. q̄ in istis casib⁹ est
 canō ferende et non late sententie et
 hoc est tenendum. Vigésimus tertī⁹
 quicunq̄ rector secularis vel quicūq̄
 q̄ officialis eius cognosceret de cri

mine heresis. Aut captiuos libera
 ret vel dyocesanoy inquisitoꝝ offici
 um. Impediret de here. inquisi. libro
 vj. Vigésimus quartus q̄ per assis
 mos vel assassinos aliquez xp̄ianū
 interfecerit. Dicuntur autē assisimi
 vel assassini q̄dam infideles qui ex
 q̄busdam falsis opinionibus q̄bus
 fuerunt enutriti facile mittebant ad
 occidendum quēcūq̄ xp̄ianum nō
 curantes nisi ob hoc ipsi occidēdi
 essent. De homicidio p̄ humani li.
 vj. Vigésimus quint⁹ de clericis qui
 manifestis vsurarijs ad fen⁹ exercē
 dum domos locant. vel alijs titulis
 cōcedūt. de vsuris. vsuraz. li. vj. Vi
 gésimus sextus de his q̄ concedūt re
 pressalias contra personas eccliaſt
 cas specialiter siue generaliter vt de
 iniurijs ⁊ dāno dato: ⁊ si pignozati
 ones. li. vj. Dicunt autē rep̄saliē qm̄
 vnus oriundus de vna terra spoliat
 ab alio de alia terra oriūdo. ita vide
 licet si debitū nō soluit ei tūc dat po
 testas ipsi spoliato q̄ satisfaciat sibi
 cōtra quēz de terra illa vñ est ille de
 bitoz: vel spoliatoz. Vigésimus septi
 mus si dñs vel rector tēporalis non
 fecerit ea obseruare q̄ statuūt con
 tra infecutores cardinaliū seu alicu
 ius de familia eoz vñ pape. de penis
 felicitis. li. vj. Vigésimus octauus q̄
 cūq̄ dat licentiā occidendi seu acci
 piendi vel alias in p̄fontis vel bonis
 iuis vel suozū grauandi eos q̄ cōtra
 reges barones nobiles vel quoscūq̄
 q̄ tulit excoicationis suspēſionis vel
 interdici finias. siue istos quoz occa
 sione sunt plate vel eos q̄ eos obser
 uant: aut eos q̄ talit̄ excoicationis cōs
 care volūt nisi licētia ipaz reintegra

liter reuocet. et si qua sunt ablata res
 situant siue pillis satisfaciât. Et si
 militer q̄ dicta licentia vñ fuerint.
 vel etiã sine licentia suo motu hoc
 fecerint excoicationem incurrunt. In
 qua si pmanerint p duos mēses nō
 nisi p papā absoluūtur. de sen. excō.
 q̄cūq̄ lib. vj. Trigesimus nonus q̄n
 quis ab excoicatione fuit absolutus
 in mortis articulo vel alio impedi-
 mento si cessante articulo vel alio i-
 pedimento nō p̄tet se q̄tocius po-
 terit illi a quo absoluti debuerat rein-
 cidit ip̄o facto in eandem sniam. de
 sen. excō. eos li. vj. Trigesimus q̄n
 al: q̄ absoluuntur a sede apostolica:
 q̄ se p̄sentent ordinarijs vel a lega-
 tis et iniungitur eis alijs suscepturis
 penitentiam et passis iniuriam seu
 eis q̄bus obligati sunt satisfaciant:
 si hoc nō faciât cū p̄mo poterint re-
 incidunt in eandē sententiã. vt in di-
 cto ca. eos li. vj. Trigesimus prim⁹
 de his qui in cimiterio sepeliunt cor-
 pora tpe interditi: vel vsurarios ma-
 nifestos scilicet sepeliūt a qua excō
 municatione nō debent absolui: nisi
 prius ad arbitrium dyocesanī satis-
 fecerint q̄bus p̄missa fuit iniuria ir-
 rogata. de sepulchris. eos. i. cle. Trigesimus
 sc̄d̄s de religiosis q̄ decias
 ecclie debitas sibi appropriant vel
 vsurpant: siue q̄ non p̄mittunt idolui
 ecclesijs decimas q̄bus tenent iuxta
 tenorem clemētine. de vicinis reli-
 giosi. Trigesimus tertius de mona-
 chis siue canonicis regularibus q̄
 non habēt administratiōes. et confe-
 rūt se ad curias p̄ncipū sine licēta
 p̄latorū vt damniū aliq̄d inferāt pla-
 tis suis aut monasterio. vt de statu

mo. ne in agrō. in cle. Trigesimus
 quartus de monachis q̄ intra septa
 monasterij arma tenent et. vt in dis-
 cto. c. ne in agro. Trigesimus quintus
 de his q̄ impediunt visitatores mo-
 nialium vel canonicorū: nisi moniti
 desisterint. vt de statu monachorū
 accedētes in cle. Trigesimus sextus
 de q̄busdam mulieribus q̄ dicunt
 beguine. s̄lr et religiosi q̄ eas in tali
 statu fouent. de religiosis domibus
 cum de q̄busdā. in cle. Trigesimus
 septimus de illis q̄ scienter p̄trahūt
 m̄rimoniū i gradu cōsanguinitatis
 vñ affinitatis p̄hibitis. vñ cū moni-
 libus. vel cōtrahētes q̄ sunt religio-
 si vel montales. siue etiã clerici in sa-
 cris. vt d̄ cōsan. et af. eos. in cle. Trigesimus
 octauus de inq̄sitoribus he-
 reticorū: q̄ p̄teru inq̄sitionis officij
 q̄busuis modis illicitis pecūiam ex-
 torq̄nt. vel etiã bona eccliarū ob de-
 lictum clericorū applicant fisco. de
 hereticis. volentes. in cle. Trigesimus
 nonus: p̄tās. capitanei. rectores
 cōsules et iudices: cōsiliarij et alij of-
 ficiales q̄ statuta scribūt. faciūt et di-
 crant per que q̄s compellit soluere
 vsuras vel solutas non repetere et q̄
 s̄m ea iudicant. et q̄ habēt super hoc
 potestatem nisi statuta ipsa deleue-
 rint sūt excoicati vt de vsuris ex gra-
 ui in clemē. Quadragesimus de reli-
 giosis mendicantibus q̄ domos ad
 habitandum de nouo recipiunt. vel
 receptas mutant seu alienant. de ex-
 ces. p̄ela. c. vno li. vj. et de penis. ca.
 cupientes in cle. Quadragesimus
 primus. de religiosis qui. i. dicunt
 aliqua v̄ba q̄bus retrahunt audiē-
 tes a solutiōe decimarum. vt in dis-

cto. e. cuplētēs. **Quadragesimus** cundus q̄ cōfirētibus sibi nō faciūt cōsciam de dēimis soluēdis q̄ suspē si sunt a p̄dicatiōis officio donec si cōmode p̄nt faciāt eis p̄sciam. Et si interm̄ p̄dicent excom̄icati sunt: vt habet ibidē. **Quadragesimus** tertius de religiosīs q̄buscūq̄ q̄ nō seruant interdictum q̄d seruat mā ecclia d̄ sen. ex. c. j. in cle. **Quadragesimus** quartus de fratribus minoribus q̄ t̄pe interdicti recipiūt ad officia diuina fratres vel sorores de tertio ordīne q̄ p̄nētes dicunt de sen. ex. cū ex eo. **Quadragesimus** quintus opponēs seu impugnās l̄ras pape no uiter electi etiā ante coronatiōē suam excom̄icatus est p̄ extrauagātē. xj. **B̄ndicti**: q̄ incipit q̄ nonnulli. **Quadragesimus** sextus h̄berans clericū diabolo instigante: puta ex ira aut aīo vindicādi vel vlciscendi se in eo ipso facto est excom̄icatus. xvij. q. iij. si q̄s suadēte diabolo. et de sen. ex. cū illoz. Et notanter d̄r in stigante diabolo et ex ira secus si iocose aliq̄s clericus in ludo honesto offenderet nō aīo iracundo nec ex malo p̄posito nō incidit excom̄icatiōē. d̄ sen. ex. cū volūtate. **Dicit** etiā aīo vlciscēdi se in eo: q̄ secus si de mādato sup̄ioz q̄s captat clericū icorrigibilē vt ad iudiciū eū p̄trahat. talis em̄ nullam suam incurrit: vt de sen. ex. vt fame. **Hā** tales p̄nt etiā ab ecclia extrahi etiam violētē. vt dicit glo. ibidem. **Sup** hec dicta possūt excusari magistri p̄lati cōsanguinet et alij i iure expressi quibus p̄mittit̄ correctō clericoz q̄ si etiā aīo iracūdo clericum h̄berat: et de correctiōe actu non cogit

tant excusant fm̄ hosti. Non em̄ pos sunt dici ex ira corrigere clericos cū dolus non assit et p̄ cōscq̄ns nec violentia sufficit em̄ q̄ correctiōē habeant in habitu. **Quadragesimus** septimus de istis laicis q̄ collectas tallias et onera imponūt ecclesiasticis p̄sonis: ab ipsis suoz p̄uentuuz vel bonoz dimidiā decimam seu v̄gesimam extorquētes. de immu. eccl. cleric. li. vj. **Quadragesimus** octauus de p̄latis et de illis p̄sonis q̄ huiusmodi laicis elemosynas vel collectas q̄scūq̄ p̄soluunt. vt habet ibidem. **Hodie** vero solum locum habet in exigentibus laicis q̄ soli incidunt in excom̄icatiōē nō t̄n̄ habet locum in soluētibus vel recipientib⁹ a sponte soluētibus: vt de immu. eccl. qm̄. in cle. **Quadragesimus** nonus p̄cutiens aliquē quino uiter est religionem ingressus. h̄ nōdum sit professus incidit in excom̄icatiōē de sen. excom̄. religiosa. li. vj. **Quinq̄gesimus** de illo q̄ h̄ nō mandauit p̄cutere clericum aliq̄s t̄n̄ noie suo: puta familiaris eius vel cōsanguineus p̄cussit clericū: et ille ratus habuit poſtea excom̄icatiōē incurrit ipso facto de sen. ex. cum q̄s li. vj. **Alios** casus q̄re supra in. c. de sacramento penitentie. Et q̄ dicit̄ est in. xlvj. casu q̄ non ois p̄cutiens clericū incidit in canonem late siue. **Ideo** videndum est breuiter q̄ q̄tuordecim sunt casus in q̄bus p̄cutiens clericum non incidit in excom̄icationem. **Primo** quando quis ignorabat an clericus esset puta q̄ comam nutrebat de sen. excom̄. si vero. **Secundo** si non desert habitū vel tonsuram nec

De sententia

aliquid de clericatu ostendit si tertio am-
monitus non se corrigat. de sen. ex. c.
contingit. r. c. in audientia. Tertio in
clerico qui corrupto habitu fert arma.
et tertio monitus non corrigitur: ut in
predicto. c. in audientia. Et etiam si non
monitus sit et se immisceat tyranni-
di de sen. ex. cum non ab homine. Quarto
in clerico exercente negotia secula-
ria: ut in. ca. sacerdotibus ne clerici
vel monachi. et prius requirit monitio
ut in. c. in audientia de vita et ho. cle.
c. si. Quinto in clerico conjugato si
non fert habitum clericalem de cle-
ri. conjug. lib. vj. Sexto in clericis
buffonibus: macellaris goliardis:
quod si per annum exercuerint artes su-
as: vel si minori tempore admoniti non
desisterint. de. vi. et hone. clerici. li.
vj. c. si. Septimus in illis qui non ex-
tra se locose se putant ut de sen. ex. c.
j. debet tamen attendi qualitas loci et ratio fal-
lendi de presumpt. capi. j. Octauus in
magistro qui tamen hoc facit: leuiter cau-
sa discipline. de sen. ex. cum volunta-
te. c. si. Honus est in eo qui vim vi ex
incontinenti repellit tempore. de se.
ex. si homo. Decimus quoniam quis cum uxore
re inuenit clericum turpiter agere: vel
cum matre vel sorore vel filia: ut in di-
cto. ca. si vero r. c. nec ille. Undeci-
mus si fiat de prelato aut mandato
ipsius causa correctiois. ut in dicto
.c. cum voluntate. r. c. ex tenore. Et
si non fiat causa correctiois tam ver-
berans quam precipiens incurrunt excom-
municationem de senten. ex. vniuersitatis.
Quod si causa subest potest clericum
capere et incarcerare etiam per laicum
de sen. ex. si laicus. li. vj. Sed peritio
non debet fieri per laicum alioquin am-

bo incurrunt excommunicationem. ut in
dicto ca. vniuersitatis. nisi clericus
esset adeo id est intantum incorrigi-
bilis quod aliter capere et corrigi non potest
de sen. ex. c. ut facit. Duodecimus
in turbate diuina officia quem presbyter
vel alius ad quem spectat potest
eijcere de ecclesia de sen. ex. veniens.
Similiter cum quis ratione officii quod in
ecclesia obtinet percutit clericus. aut
etiam cum senior causa deuotionis
hoc facit: aut dominus et pater siue pro-
pinquus familiariter corrigit. Nec om-
nia intellige cum sint in minoribus
ordinibus constituti. ut in dicto. ca.
cum voluntate. Tredecimus si cle-
ricus sit depositus siue degradatus
ut de iudicijs cum non ab homine
et de penis degradatio inf. li. vj. Et
hoc intellige si talis clericus deposti-
tus est incorrigibilis et noluit viuere
sub regula clericali: ut notatur. in.
ca. cum contingit primo de sen. ex. et no-
uillator super regula delictum. li. vj.
et Jo. an. xvij. q. liij. si quis princeps
et. xxij. q. v. excomunicato. Alias autem
si est corrigibilis non licet eum per-
cutere: licet esset excommunicatus. ut
in iuribus predictis. Et ratio quia
adhuc licet excommunicatus sit dum
modo sit corrigibilis et nondum de-
gradatus retinet privilegium cano-
nicum. si quis suadente quod est coe-
sum in fauorem ordinis et non per-
sonarum. ut in di. ca. contingit. Ve-
runtamen. Inno. v. credit quod verberans
hereticum clericum non incidit ca-
nonem. et hoc ipse notauit de sen. ex.
si vero quod tamen intelligendum est de
heretico deposito per sententiam.
Quod etiam sentiunt Hostiensis. Vincen-

z Bern. Dicit tñ arch. xvij. q. iij. si
 q̄s deinceps. q̄ laicus iudex potest
 expellere pcutere capere z occidere
 clericū si omnino est incorrigibilis:
 z aliter corrigi nō pōt: recepta tñ li
 cētia ab ecclia. als nō licz. xvij. q. j.
 si q̄s. xxiiij. q. v. vbi B ligurib⁹. c. cir
 cūcellidēs. Quartuodecim⁹ qñ cler
 ricus trāffert se ad actū prozūsus or
 dīni cōtrariū. vt puta erat in mino
 ribus z fact⁹ est miles vel bigam⁹.
 lxxiiij. di. quilibet. zc.

De effectu excomunicatiōis

D E secundo. scz de effe
 ctu excomunicatiōis
 Sciendū est q̄ excoi
 catus maiori excoica
 tione nō potest eligere
 neq̄ elegi. neq̄ bñficiū ecclīasticū
 acquirere: nec de bñficijs suis ali
 qd p̄cipere. vt de appellatiōib⁹. pa
 storalis. in fi. Et hoc qñ est in mo
 ra petēde abolutiōis. de p̄essione
 p̄bendaz. qz diuersitatē. Itē nemo
 debet sibi participare loquēdo. orā
 do. salutādo. bibēdo comedēdo. xj.
 q. iij. sicut aplī. Itē nō pōt cōstitui
 p̄curator neq̄ p̄curatorē cōstitue
 re ad agendū: nec ferre aliquā sentē
 tiā. Itē si impetrat aliud rescrip
 tum p̄terq̄ sup articulo excoicati
 onis nō valet. de rescri. ipso iure. li.
 vj. Itē si cōfert aliqd sacm cum so
 lenitate: aut se ingerat diuinis irre
 gularis est. vt de cle. ex. mini. c. apo
 stolice. Nec pōt p̄ eū disp̄sare nisi
 p̄ papā de sen. z re. iudi. cū eterni. li.
 vj. Itē excoicatus est susp̄sus tam
 ex officio q̄ ex bñficio. vt in glo. vl
 ti. c. cum bone. de eta. z quali. xj. q.

ij. rursus. vbi dicit Archi. q̄ etiam
 solus lapsus anni absq̄ sentētia ca
 nonis a beneficijs sufficit. Et vltē
 rius nō audiat̄ super beneficijs.
 et ita v̄ loq̄ istud ca. rursus. fm In
 no. q̄ hoc notat in dicto ca. cum bo
 ne. Sibus enim bñficijs tam habi
 tis ante excoicationē q̄ postea acq̄
 sitis debet spoliari per sententiam.
 Si p̄ annū in excoicatione vel inter
 dicto permanserit: z post talem sen
 tentiā latam post annū sup amissio
 ne beneficiōz nō audiat̄ vltērius
 sup eis. vt dic. c. rursus. Que autēz
 dicūt̄ in susp̄sione. ar. predicti ca.
 cum bone. vbi sic notauit Innocē.
 Et etiam intellige de illo qui excoi
 catur pro cōtumacia. z qui citatus
 super crimine non cōparuit. Talis
 enim habetur p̄ conuicto vel p̄ cō
 fesso. et priuatur beneficijs post an
 num. z vt hereticus condēnatur. vt
 de hereticis. Cū contumacia. li. vj.
 Item effectus excoicationis est q̄
 licet sit iniusta ex ordine v̄t causa.
 tamē ligat. xj. q. iij. c. j. et de officio
 legati. cū contingat. de sen. excō. cū
 per tuas. z cap. secreta. vbi de hoc.
 Sed dices. nōne iudiciū ecclesie
 debet se p̄formare iudicio dei. xj. q.
 iij. tūc ha. ij. q. j. de om̄ps. de sen.
 excō. a nobis. sed de⁹ nullū ligat in
 iuste. de pe. dist. iij. si ex bone. ergo
 ecclia nullū debz ligare iniuste. Itē
 deficiente causa. p̄pter quaz aliqd
 debet fieri iuste deficit z effect⁹. lxx.
 di. his oibus. de bigamis. debitiū.
 de appel. cū cessante. Sed causa ex
 coicatiōis dz esse pctm mortale. xj.
 q. iij. nemo epoz. hoc autē cessat in

De participatione

excōmunicatiōe iniusta: ergo non debet ligare. Dicendū est ad hoc q̄ licet nullus debet excōmunicari iniuste: tñ si excōicetur tenet excōmunicatiō apud eccliam militantem licet non apud deū. Et hoc fit ideo vt eccliasica censura eo plus timeat. Et vt homo crescat per obedientie meritū iniuste sentētie parens. Unde dicit glo. xj. q. iij. nihil q̄ licet iusta sententia sit timenda ⁊ tenēda q̄ tñ ad militantis ecclie iusticiā nec mirū q̄ apd̄ deū non tenet q̄ non fallit: sed apd̄ eccliaz tenet q̄ fallit ⁊ q̄ fallit de sen. excōi. a nobis. Non est tamen intentio ecclie aliquem iniuste excōicare imo punit acriter iniuste excōicantes. vt p̄z. xj. q. iij. illud ⁊ de sen. excōi. cū medicinalis li. vj. Qñ ergo d̄r q̄ excōicatio est eterne mortis dānatio. intellige si contēntur alias non. Et ita solus contēpt⁹ inducit dānatiōē. xxiiij. q. iij. notā: dū ⁊ hēt i glo. nemo epoz. xj. q. iij.

De participatione cuz excōmunicatis.



Consequēt d̄ tertio. s. de participatione cuz excōicatis est sciendū q̄ quedam participatiō est illicita. s. cuz q̄s participat excōicato in crimine propter qd̄ excōmunicatus est: scz dādo ei consiliū auxiliū vel fauorem et talis incurrit eādē sniaz de sen. ex. si concubine. ⁊. cap. nuper. Secūdo quādo p̄cipat in crimine mortali sed non in illo propter qd̄ excōicat⁹ est: ⁊ talis mortaliter peccat: sed nō incurrit eandē sentētiā excōica:

tionis. Tertio qñ participat et in diuinis scz recipiendo eū ad diuina officia. vel ad sacramenta vel ad sepulturaz. Et licet talis non sit irregularis prima vice tamē propinquus est irregularitati. Et si celebrauerit in tali peccato erit irregularis. de sen. excōi. ls. qui. li. vj. Quarto qñ quis participat non in crimine sed in loquendo orando vel bibendo secū. et de tali participante dicit Tho. probabili⁹ posse dici q̄ non peccat mortaliter nisi ex cōtēptu vel cōtra prohibitionem superioris. Unde regulare est q̄ participās pertinaciter excōicatis peccat mortaliter: ⁊ potest excōicari maior excōicatione. Ita sicut est de participante quadam leuitate in verbo vel in cibo aut potu ⁊c. cū valde graue esset q̄ q̄s pro vno leui verbo incidere excōicatio: nez vel mortale pctm̄. Per hoc pōt solui illd̄ dubiū qd̄ cōter inter dentes multoz voluit. vtrū scz participans excōicato vt iam dictū est peccat mortalit. Et an sniam incurrit. Host. videt tenere q̄ tūc peccat mortaliter quando hoc facit pertinacit in contēptū ⁊ contra prohibitiōem superioris specialiter vel generalit factam. Nam in hoc casu est excōicandus participans alij s̄m ipsum vt de cleri. excōi. ministrante si celebrat. in fi. ⁊ de sen. excōi. statulimus. in fi. ⁊ eo. ii. cōstitutionem. li. vj. Ex quib⁹ infer̄ hoc salubre documentū ⁊ salutare cōciliū q̄ ex quo ante ammonitionem factam participās excōicari potest. vt dicit Arch. vbi supra. restat q̄ venialiter peccat. Ex q̄ autem post ammonitionem factam

et speretam excommunicari potest. planum est
 quod tunc peccat mortaliter. Nam etiam
 excommunicatiōis sententia non est ferenda
 nisi pro mortali peccato. Sic ergo per Ar-
 chiepiscopum. pertinacia est causa pro qua sola fertur
 hec sententia. sic intelligitur Hostiensis. ca.
 sacris. quod ubi metus ve causa. etc. Et
 ex his patet quod si quis excommunicatus est pro
 contumacia vel alio crimine. vel ut sa-
 tisfaciat. et ex processu non est prohibi-
 tio generalis vel specialis participandi
 tibus facta. participans cum tali. in
 locutione. comestione etc. non peccat
 mortaliter sed venialiter. Item quod non sa-
 cit contra prohibitionem superioris: cum
 adhuc non sit prohibitum. Ideo dicen-
 dum est secundum Archiepiscopum. ubi dicitur quod si quis com-
 municat excommunicato contra prohibitio-
 nem canonum peccat venialiter. nisi
 forte nimis frequenter. vel in contemptum
 canonum: quod tunc esset mortale. sic potest
 intelligi. xi. q. iij. excellentissimus. et
 xxy. di. c. alias Sed contra prohibitio-
 nem huius mortaliter peccat. Unde consue-
 vit dici quod mitius agit cum lege quam cum
 ministro legis. ff. de arbi. l. cellus.
 Ita notavit Hostiensis. in ca. quod in dubi-
 js. de iura excon. et hoc teneas. Nec
 advertas illum monachum Ray. cum
 lata cappa et stricta conscientia quod in
 summa sua dicit: quod si aliquis commu-
 nicat excommunicato in casu non concessio-
 scienter. si novit ius. vel si est clerice?
 semper peccat mortaliter quem secu-
 tus est Inno. quartus ut ipse notavit
 de dolo et cotu. Xitatis in glo. vi. sup-
 ra fi. et in ca. sacris. quod metus causa.
 applicando textualia. put potuit pro
 sua opinione facienda. Contra quos
 est hodie tota scola iuristarum et the-
 ologorum: qui sequentes beati Thome.

in. liii. sen. dicunt pro conclusioe quod quibus
 vis quod scient excommunicato communicet
 non peccat mortaliter: nisi in tribus ca-
 sibus scilicet quibus communitat in crimine:
 vel in contemptum superioris: aut in con-
 temptum clauium. vel si comest in di-
 uinis: quod teneas secundum Archiepiscopum. Ubi
 cum ergo inuenies in iure quod comu-
 niscare excommunicato est peccatum morta-
 le: intellige cum hoc ex studio sit et in
 contemptum: ita intelligit ca. excellen-
 tissimus. xi. q. iij. ut Hugo ibidem no-
 tavit. Sicut in divinis communicare est
 mortale. ut dicit Hugo. xi. q. iij. ro-
 go. Similiter in crimine est morta-
 le. ut de senten. exco. nuper. Preterea
 rea sciendum quod non dicoz communis-
 care excommunicato: sed ego et ipse sumus
 in eadem domo. ego pro meis nego-
 cijs: excommunicatus autem pro suis. Sed si
 ego et excommunicatus tremus ad papam
 vel ad alium dominum ut pro eodem rogare
 mus bene incidere excommunicatiōem etc.
 Item si ego et excommunicatus habemus
 unam cameram communem bene licet mihi
 cum excommunicato esse in eadem camera
 et iacere et comedere: sed non in eadem
 mensa vel in eodem lecto. quod hoc non
 potest esse sine voluntaria comione: secundum
 Archiepiscopum. quod ita notavit. xi. q. iij. ap-
 pli. Sed diceres tamen sanctus Johan. euan.
 exiit balneum propter chertinthum
 excommunicatum. xxiij. q. i. omnis quod. Di-
 cendum quod illud fuit ex supabundantia
 iusticie: et cum hoc quia aliud est
 dimittere delicias propter presentiam
 excommunicati: quod est bonum sicut fecit
 beatus Joh. aliud ius suum dimitt-
 ere: quod non est bonum secundum Inno.
 qui ita notavit. de sen. ex. nup. Pre-
 terea sciendum quod si excommunicas

tus intrat ecclesiam oēs exsūt ecclesiā
 fm glo. xi. q. iij. sicut apli. Sa cer
 dos tñ si incepit missam non exibit.
 qz nō relinqt officiu in expletū. vij.
 q. j. nihil Hugo aut notauit in. c. cū
 excōicato. ibidem. xi. q. iij. qz facer
 dos remanebit cū duobus. Ho. ve
 ro in summa. de sen. ex. c. si. dicit qz
 si excōicatus eiscl non pōt de eccle
 sia. r psbyter nōduz incepit canonē
 vestes exuat r recedat. Si ho ince
 pit pñciat missam. r ab ipō excōica
 to oculos auertat. r tutius est vt sta
 tiz sumpra cōione sacramēti vadat
 ad sacrificiā r ibi missam cōpleat. de
 cōse. di. ii. relatum. Concordat Ho
 sti. r Boffre. Dicit tñ Inno. de sen.
 ex. nup. qz si in ecclesia esset excōica
 tus nō tñ causa orādī: s; p alio suo
 negocio non videt ipse Inno. qre in
 eadem ecclesia orare nō possem cuz
 nō participo sibi in orōne. ex q non
 orat. licet alij cōtradican. Dicit eti
 am si excōicatus esset extra ecclesi
 am r audiat missas statim sacerdos
 dz cessare r alij orantes recedere: nī
 si forte incepisset canonē misse: vt di
 ctum est r hoc ne relinqt officiu in ex
 pletuz. Siat etiā excōicatus qz nō
 licet sibi ingredi ecclesiam aliq ho
 ra. Et ad hoc facit. xxv. di. c. j. post
 pñcipiu. xxiij. q. iij. clericus. r. j.
 q. j. non lz. Nisi causa audiēdi xbu
 dei de sen. ex. rñsio. de cōse. di. j. eps
 xxxv. q. iij. de his fm Hosti. qui ita
 notauit de clerico excōicato. illud
 Un dicit. Egidius cardinalis qz si
 excōmunicatus sicut priuata psona
 vult dicere horas canonicas dz hoc
 facere extra ecclesiam r nō intra ex
 causa supradicta qz seperatus ē ab

ingressu ecclesie. Sed circa pmissa est
 sciendum qz qz multi ex leuitate: et
 ex causis vel signis leuibus vitant
 alios tanqz excōicatos. id expedit
 scire qñ quis est vitā dus. Ho qz sci
 endū fm Hosti. de sen. ex. cum non
 ab hoie a cōione illius qz p sacrile
 ga manuum iniectioe in clericū in
 edictum seu canonē excōicatiōis in
 cidit. lz denūciatus nō sit debes ab
 stinere dūmmō in iudicio sit vthoc
 sciat. s. qz vidisti qñ clericum pcussit
 r publica sup hoc laborat infamia
 donec se purgauerit. p quo allegat.
 c. cuz desideras. de senten. ex. r hoc
 vult etiam glo. j. predicti. c. cum nō
 ab hoie. qz dicit qz scito scio vnū ex
 cōicatum debeo ipm statim vitare
 qzuis nō sit denunciatus. nisi solus
 hoc sciam. Et hoc est cōtra Johem
 fauētinum fm Hosti. r glo. supradic
 ti. c. qz dicit qz excōicatus nō est vi
 tandus quouiqz denunciatus sit. qd
 omnino fallum est. Denūciatio aut
 nō sit nisi ppter ignorātes: argu. de
 iudicij. ita quozūdum. Et eum qz
 certus est certiorari nō oportet. Bre
 gulis iuris eum qz. li. vj. deus eum li
 gat in hac snia r nō homo. xi. q. iij.
 nemo. Un r secum trahit. executio
 nez. nec amplius ligat p denūciatio
 nē. de appellationibus. pastoralis.
 Dz ergo vnusqzsqz vitare excōicatu.
 r si dnunciatus nō sit dūmmō sciat
 hoc taliter qz ipz conuincere possit
 vel etiam si famosum sit vt dictum
 est. secus vbi occultum est. Et hoc
 est verum de excōicato in specie. i.
 nominatim: nō aut in genere. Et et
 am vbi tibi constat tanqz homini vt
 si sit infamatus de hoc publice. De

cus si tibi constaret tanq̄ deo puta
 in cōfessione q̄ tunc nec in publico
 nec in priuato ipsum vitare debes
 Item si audis hoc ab alijs non sis
 facilis ad credendum: nisi prelatus
 hoc tibi nunciet. r̄c oīno credendū
 est. xj. q. iij. cure. Scire tñ debes q̄
 aliqs p̄p̄t famā publicaz vitat̄ tāq̄
 excoīcat̄. I3 excoīcat̄ si sit. fm̄ l̄ho.
 i. c. cū desideras. de se. ex. vt etiā di
 cit glo. Qd̄ si fama est aliquē esse ex
 coīcatuz vitandus est. Et ita fama
 facit p̄batōnē. Et ista oīa intellige
 quo ad publicaz vitatiōnē. nā si q̄s
 solus nouit aliquē excoīcatū. ⁊ hoc
 p̄bare nō p̄ōt de facili. ip̄e solus eū
 vitabit alioq̄n si nec p̄ aliquē p̄bare
 poterit. nec ip̄e euz vitabit publice
 sed tñ occulte. ⁊ vbi poterit facere si
 ne scandalo. Tñ tene p̄ regula fm̄
 Ray. q̄ si manifestū est aliquem es
 se excoīcatū alij tenent̄ exire d̄ eccle
 sia vel p̄curare q̄ exeat. Si v̄o non
 est manifestum: tunc illi q̄ sciunt exi
 bunt caute ⁊ secrete ita tñ q̄ non se
 quat̄ manifestatio illius. si cōmode
 possunt alias si t̄met manifestatio
 eius nō exibūt. vj. q. ij. si tñ ep̄s. Oc
 culte nāq̄ excoīcatuz d̄ occulte mo
 neri vt exeat. cōcordat̄ Hof. Hodie
 p̄ statutū cōstātē. bñ p̄uisum est q̄
 nullus aliquē vitare d̄z v̄l p̄ excoīca
 to h̄re: nisi denunciatus sit ⁊ declara
 tus. Et hoc intellige q̄tū ad publi
 cā vitatiōnē. alias si tibi constat ali
 quē incidisse canonē late sentētie de
 bes eū vitare nō expectādo aliquaz
 denūciationem p̄ iura superius di
 cta. eo tamen modo quo dictum est
 supra. Idem d̄cendū est si fama pu
 blica est: vel audio a fidedignis ali

quem excoīcatū fm̄ Ray. teneor es
 vitare. Et vt melius ista recolligas
 ponunt̄ q̄nq̄ regule de hoc. Quartū
 p̄ma talis est. excoīcato participās
 in crimine incurrit eandē s̄niam ex
 coīcationis. vt de senten. ex. c. si con
 cubine. ⁊. ca. nuper. Quod intellige
 sic. si dat consilium. auxilium vel fa
 uorem. sine quibus ille non fecisset.
 Secunda regula. participans exco
 municato non in crimine cōtēptuz
 tñ clauium incurrit mortale pecca
 tum. Tertia regula. participans ex
 communicato in diuinis. sc̄z admit
 tendo eū ad diuina. vel ad ecclesias
 stica sacramenta vel ad sepultura m
